eiico dæmones. igitur peruenit in uos regnum dei. Aut quomodo
potest quisquam intrare in domum fortis & uasa eius diripere.
nisi prius alligauerit fortem. & tunc domum illius diripiet.
Qui non est mecum. contra me est. & qui non congregat mecum.
spargit. Ideo dico uobis. Omne peccatum & blasphemia remitte
tur hominibus. Spiritus autem blasphemia non remittetur. Et quicumq;
dixerit uerbum contra filium hominis remittetur ei. Qui autem
dixerit contra spiritum sanctum. non remittetur ei neq; in hoc sæculo. neq; in
futuro. Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum. aut
facite arborem malam. & fructum eius malum. siquidem ex fructu
arbor agnoscitur. Progenies uiperarum. quomodo potestis bona
loqui cum sitis mali. Ex abundantia enim cordis os loquitur.
Bonus homo de bono thesauro profert bona. & malus homo de
malo thesauro profert mala. Dico autem uobis. quoniam

Mat cxviii.
T. v.
L. cxxvi.

Mat cxx.
L. lxxxii. vii.

Mat cxxi.
T. ii.
M. xxxii.
L. cxxvii.

Mat cxxii.
T. ii.
M. xxxiii.
L. cxxviii.

Mat cxxiii.
T. ii.
M. xxxiii.

Mat cxxiv.
T. v.
L. lxii.

Mat cxxvi.
T. x.
solv.

omne uerbum ociosum quod locti fuerint homines reddent ra
tionem de eo in die iudicii. Ex uerbis enim tuis iustificaberis. & ex ue
bis tuis condemnaberis. Tunc responderunt e quidam de scri
bis & pharisaeis dicentes. Magister uolumus a te signum uidere.
Et respondens ait illis. Generatio mala & adultera signum quaerit
& signum non dabitur ei nisi signum ionae prophetae. Sicut enim fuit
ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus. sic erit filius
hominis in corde terae tribus diebus & tribus noctibus. Viri nini
uitae surgent in iudicio cum generatione ista. & condemna
bunt eam. quia poenitentiam egerunt in praedicatione ionae.
Et ecce plusquam ionas hic. Regina austri surget in iudicio cum
generatione ista. & condemnabit eam. quia uenit a finibus terae
audire sapientiam salomonis. Et ecce plusquam salomon hic.
Cum autem immundus spiritus exierit ab homine. ambulat per
loca arida quaerens requiem et non inuenit. Tunc dicit. Reuer
tar in domum meam. unde exiui. Et uenienS inuenit eam uacantem
scopis mundatam. & ornatam. Tunc uadit & adsumit septem
alios spiritus secum nequiores se. & intrantes habitant ibi. & fi
unt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & ge
nerationi huic pessimae. Adhuc eo loquente ad turbas. ecce
mater eius & fratres stabant foris. quaerentes loqui ei. Dixit autem e
quidam. Ecce mater tua & fratres tui foris stant. quaerentes te.
At ipse respondens dicenti sibi ait. Quae est mater mea. & qui
sunt fratres mei. Et extendens manum in discipulos suos. dixit.
Ecce mater mea. & fratres mei. Qui cumque enim fecerit uolun
tatem patris mei qui in caelis est. ipse meus & frater. & soror. & e
mater est. XIIII. F

Mat. c.xxvii.
J.v.

Lc. cxxviii. Mt. c.xii.
J.v.
Lc. cxxi.

Mat. c.xxv.
J.vi
Lc. xxx.

Mat. c.xxx.
J.ii.
Mt. xxxv.
L. Lxxxii.

MATHEI.

IN ILLO DIE EXIENS IHC DE DOMO SEDEBAT
secus mare; & congregate sunt ad eum turbe multe. ita ut in nauicu
lam ascendens sederet. & omnis turba stabat in litore. & locutus est
eis multa in parabolis dicens. Ecce exiit qui seminat seminare.
Et dum seminat. quedam ceciderunt secus uiam. & uenerunt uolu
ucres & comederunt ea. Alia aut ceciderunt in petrosa. ubi non habe
bant terram multam. & continuo exorta sunt. quia non habebant
altitudinem terre. sole aut orto. estuauerunt. & quia non habe
bant radicem. aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas. & cre
uerunt spine & suffocauerunt ea. Alia uero ceciderunt in terra
bonam. & dabant fructum. Aliud centesimum. aliud sexagesimum.
aliud tricesimum. Qui habet aures audiendi. audiat. Et accedentes
discipuli. dixerunt ei. Quare in parabolis loqueris eis. Qui respondens.
ait illis. Quia uobis datum est nosse mysterium regni celorum. illis
autem non est datum. Qui enim habet dabitur ei. & abundabit.
Qui autem non habet. & quod habet auferetur abeo.
Ideo in parabolis loquor eis. quia uidentes non uident. & audien
tes non audiunt neque intelligunt. Et adimplebitur in eis ppheti
a esaie dicens. Auditu audietis & non intellegetis. Et uidentes
uidebitis & non uidebitis. Incrassatum est enim cor populi hu
ius. & auribus graueter audierunt. & oculos suos clauserunt. ne
quando oculis uideant. & auribus audiant. & corde intelle
gant & conuertantur. & sanem eos. Uri autem beati oculi
quia uident. & aures uestre quia audiunt. Amen quippe dico
uobis. quia multi pphete & iusti cupierunt uidere que ui
detis & non uiderunt. Et audire que audetis & non audierunt.
Uos ergo audite parabolam seminantis. Omnis qui audit uerbu

Mat cxxxii.
J. II.
M. xxxiv
L. lxxvi.

Mat cxxxiii.
L. lxxvi. V. J

Mat cxxxiv.
2. J
M. xxxvii.
L. lxxvii.
L. cviii.

Mat cxxxiiii.
J. V.
L. cxx.

Mat cxxxv.

regni & non intelligit. uenit malus & rapit quod seminatum ē
in corde eius. Hic est qui secus uiam seminatus est. Qui aut sup
petrosa seminatus ē. hic ē qui uerbum audit & continuo cum
gaudio accipit illud non habet autē in se radicem sed est temporalis.
Facta autē tribulatione & persecutione ppter uerbum continuo scan
dalizatur. Qui autē est seminatus in spinis. hic ē qui uerbum
audit. & sollicitudo seculi istius & fallacia diuitiarum suffocat ue
bum. & sine fructu efficitur. Qui uero in terrā bonā seminatus est.
hic ē qui audit uerbum et intellegit. & fructum affert. & facit
aliud quidem centum. aliud autem sexaginta. porro aliud
trigintā. Aliam parabolam ppposuit illis dicens. Simile fac
tum ē regnum celorum homini. qui seminauit bonum semen
in agro suo. Cum autē dormirent homines. uenit inimicus eius
& sup seminauit zizania in medio tritici. & abiit. Cum autem
crauisset herba & fructum fecisset. tunc apparuerunt & zizania.
Accedentes autē serui patris familias. dixerunt ei. Dne. nonne
bonum semen seminasti in agro tuo. unde ergo habet zizania.
Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autē dixerunt ei. Vis
imus. & colligimus ea. & ait. non. ne forte colligentes zizania.
eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite utraq; crescere usq; ad
messem. Et in tempore messis. dicam messoribus. Colligite pri
mum zizania. & alligate ea fasciculos ad comburendum. tri
ticum autem congregate in horreum meum.

Mtt cxxxvi.
J. xc.
Solus.

Mtt cxxxvii.
J. 11.
M. xl iii.
L. cxxxvii.

Aliā parabolā ppposuit eis dicens. Simile est regnum celorum
grano sinapis. quod accipiens homo seminauit in agro suo.
Quod minimum quidem est omnib' seminibus. cum autem
crescit. maius est omnibus holeribus. & fit arbor: ita ut uolu

ad eos uenient & habebunt in ramis eius. Aliam parabolam lo
cutus est eis dicens. Simile est regnum celorum fermento quod acceptum
mulier abscondit in farine sati tribus donec fermentatum est totum.
Hec omnia locutus est ihs in parabolis ad turbas. & sine parabolis non
loquebatur eis. ut adimpleretur quod dictum est per prophetam di
centem. Aperiam in parabolis os meum. eructabunt abscondita
a constitutione mundi. Tunc dimissis turbis. uenit in domum.
Et accesserunt ad eum discipuli eius dicentes. Edissere nobis parabo
lam lolium agri. Qui respondens ait. qui seminat bonum
semen est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum uero semen hi
sunt filii regni. lolium autem filii sunt nequam. Inimicus autem
qui seminauit ea est diabolus. Messis uero consummatio seculi est.
Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colliguntur lolium & ig
ni comburuntur. sic erit in consummatione seculi. Mittet filius
hominis angelos suos. & colligent de regno eius omnia scandala. Et
eos qui faciunt iniquitatem. et mittent eos in caminum ignis.
Ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol
in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi audiat.
Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro. quem
qui inuenit homo abscondit. & pgaudio illius uadit. & uendit
uniuersa que habet & emit agrum illum. Iterum simile est regnum
celorum homini negotiatori. quaerenti bonas margaritas. Inuen
ta autem una pretiosa margarita. abiit et uendidit omnia
que habuit. & emit eam. Iterum simile est regnum celorum
sagene misse in mare. & ex omni genere piscium congreganti.
Quam cum impleta est educentes. & secus litus sedentes. delegerunt
bonos in uasa. malos autem foras miserunt. Sic erit in consum

Mt c.xxxviii.
J.V.
L. clxviii.
Marb c.xxxviii.
J VI.
M. xlv.
Marb c.xl.
J.X.
solv.

mationc seculi. Exibunt angeli. & separabunt malos de medio iu
storum. & mittent eos in camminum ignis. Ibi erit fletus & stridor
dentium. Intellexistis hec omnia. Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo
omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patri fa
milias. qui profert de thesauro suo noua & uetera. Et factum est cum
consummasset iesus parabolas istas. transiit inde.

Mat. cxlii. Y. i. Mr. l. Lxxviii. l. lviii.

Et uenens in patriam suam. docebat eos in synagogis eorum. ita ut
mirarentur et dicerent. Unde huic sapientia hec. & uirtutes. Nonne
hic est fabri filius. nonne mater eius dicitur maria. & fratres eius iacob.
& ioseph. & simon. & iudas. & sorores eius. nonne omnes apud nos sunt.
Unde ergo huic omnia ista. & scandalizabantur in eo.

Mat. cxliii. Y. i. Mr. li. Lxxvi. Lxxxv.

Ait autem dilis. Non est profeta sine honore. nisi in patria sua. & in
domo sua. Et non fecit ibi uirtutes multas. propter incredulitatem
illorum.

Mat. cxliii. Y. ii. Mr. lvii. L. xcv.

XIIII.

In illo tempore audiuit herodes tetrar
cha famam iesu. & ait pueris suis. Hic est iohannes baptista. ipse
surrexit a mortuis. & ideo uirtutes operantur in eo.

Mat. cxliiii. Y. ii. Mr. lviii. L. xcii.

Herodes enim tenuit iohannem. & alligauit eum. & posuit in car
cere propter herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat enim illi
iohannes. Non licet tibi habere eam. Et uolens illum occidere. timu
it populum. quia sicut prophetam eum habebant.

Mat. cxliiii. Y. vi. Mr. lx.

Die autem natalis herodis. saltauit filia herodiadis in medio. &
placuit herodi. Unde cum iuramento pollicitus est ei dare. quod
cumque postulasset abeo. A tilla premonita a matre sua. da
mihi inquit hic in disco caput iohannis baptiste. Et contrista
tus est rex. Propter iusiurandum autem & eos qui pariter recum
bebant. iussit dari. misitque. & decollauit iohannem in carcere.

& allatum ad caput ad indisco. & datum e puella & optulit matri suę.
Et accedentes discipuli ad tulerunt corpus & sepelierunt illud. Et ue
nientes nunciauerunt ihu.

Mar. c.xl.vii. J. III. L. xcen. L. xl.vii.

Quod cum audisset ihs. secessit inde in nauicula. in locum deser
tum seorsum. Et cum audissent turbę secute sunt eum pedestres de
ciuitatibus. Et exiens uidit turbam multam. & misertus e eis. &
curauit languidos eorum.

Mar. c.xl.vii. J. I. M. Lcum. L. xcem. L. xl.vum.

Vespere autem facto. accesserunt ad eum discipuli ad dicentes. Deser
tus e locus. & hora iam preiit. Dimitte turbas. ut euntes in castel
la emant sibi escas. Ihs autem dixit eis. Non habent necesse ire. date
illis uos manducare. Responderunt ei. Non habemus panes hic nisi
quinque panes & duos pisces. Qui ait eis. Afferte illos michi huc.
Et cum iussisset turbam discumbere super fenum. accepis quinque
panibus & duobus piscibus. aspiciens in celum. benedixit. & fregit. &
dedit discipulis panes. discipuli autem turbis. & manducauerunt
omnes. & saturati sunt. Et tulerunt reliquias. duodecim cophi
nos fragmentorum plenos. Manducantium autem fuit numerus
quinque milia uirorum. exceptis mulieribus & paruulis.

Mar. c.xl.viii. J. V. M. Lxv.

Et statim iussit discipulos ascendere in nauiculam. & precedere
eum transfretare donec dimittat turbas. Et dimissa turba. ascen
dit in montem solus orare. Vespere autem facto. solus erat
ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. erat enim con
trarius uentis. Quarta autem uigilia noctis. uenit ad eos ambulans
super mare. Et uidentes eum super mare ambulantem. turbati s
dicentes. quia fantasma e. Et pre timore clamauerunt. Statimque
ihs loquutus est eis dicens. Habete fiduciam. Ego sum. nolite
timere. Respondens autem petrus dixit. Dne. si tu. iube me

Mar. c.xl.viiii. J. II. M. Lvi. L. xxxv. y. c.l.ui. Mar. c.l. M. L. xvii. J. IIII. Iob. L. I.

Mar. L. I. J. X. solu.

uenire ad te sup aquas. At ipse ait. Veni. Et descendens petrus de
nauicula ambulabat sup aquam ut ueniret ad ihm. Videns uero
uentum ualidum timuit. Et cum cepisset mergi clamauit dicens.
Dne saluum me fac. Et continuo ihs extendens manum adphen
dit eum et ait illi. Modice fidei quare dubitasti.

Mat. xiv.
F. vi.
M. Lxxiii.

Et cum ascendissent in nauicula cessauit uentus. Qui aut in naui
cula erant. uenerunt et adorauerunt eum dicentes. Vere filius dei.
Et cum transfretassent uenerunt in terra genesar. Et cum cog
nouissent eum uiri loci illius. miserunt in uniuersam regionem
illam. et obtulerunt ei omnes malchabentes. et rogabant eum ut
ut fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quicumq; tetigerunt.
salui facti sunt.

Mt. xiv.
F. vi.
M. Lxxv.

X. V. I.

TVNC ACCESSERVNT AD EVM AB HIERO
solimis scribe et pharisei. dicentes. Quare discipuli tui transgre
diuntur traditionem seniorum. Non enim lauant manus suas cu
panem manducant. Ipse aut respondens ait illis. Quare et uos
transgredimini mandatum dei pter traditionem uram. Nam
deus dixit. Honora patrem et matrem. Et qui maledixerit pri
uet matri. morte moriatur. Vos aut dicitis. Quicumq; dixerit
patri uel matri. munus quodcumq; est ex me tibi pdest. et non
honorificauit patrem suum aut matrem suam. Et irritum fecisti man
datum dei pter traditionem uestram. Hypocrite. bene pphe
tauit de uobis esaias dicens. Populus hic labiis me honorat.
cor aut eorum longe est a me. Sine causa aut colunt me docen
tes doctrinas mandata hominum. Et conuocatis ad se turbis.
dixit eis. Audite et intelligite. Non quod intrat in os coinqui
nat hominem. sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem.

MATHEI.

Tunc accedentes discipuli ad eum dixerunt ei. Scis quia pharisei audito
uerbo scandalizati sunt. At ille respondens ait. Omnis plantatio
quam non plantauit pater meus celestis eradicabitur:
Sinite illos. ceci sunt duces ceorum. Ceci autem si ceco ducatum
prestet. ambo in foueam cadunt.
Respondens autem petrus. dixit ei. Edisere nobis parabolam istam.
At ille dixit. Adhuc et uos sine intellectu estis. Non intelligitis quia
omne quod in os intrat in uentrem uadit. et in secessum emittitur:
Que autem procedunt de ore. de corde exeunt. et ea coinquinant ho
minem. De corde enim exeunt cogitationes male. homicidia. adulteria.
fornicationes. furta. falsa testimonia. blasphemie. Hec sunt que co
inquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare. non
coinquinat hominem. Et egressus inde ihs. secessit in partes tyri et
sidonis. Et ecce mulier chananea. a finib illis egressa. clamauit di
cens. Miserere mei dne fili dauid. filia mea a demonio uexatur: male
Qui non respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius rogabant
eum dicentes. Dimitte eam. quia clamat post nos.
Ipse autem respondens ait. Non sum missus. nisi ad oues. que perie-
domus israhel. At illa uenit. et adorauit eum dicens. Dne
adiuua me. Qui respondens ait. Non est bonum sumere panem
filiorum. et mittere canibus. At illa dixit. Etiam dne. Nam
et catelli edunt de micis. que cadunt de mensa dominorum suorum.
Tunc respondens ihs. ait illi. O mulier magna est fides tua. fiat
tibi sicut uis. Et sanata est filia illius ex illa hora.
Et cum transisset inde ihs. uenit secus mare galilee. Et ascendens
in montem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbe multe.
habentes secum mutos. claudos. ceecos debiles. et alios multos.

Mat. c. xv.
Solus X.
M. c l vi.
Luc. c. viii. V.
Mat. c. lvii. VI.
Mc. lxxii.
Mat. c. lviii.
IV.
l. cc. xxvi.
Mat. c. lxiii. VI.

& ceciderunt eos ad pedes eius & curauit eos. ita ut mirarentur turbe.
uidentes mutos loquentes. claudos ambulantes. cecos uidentes. &
magnificabant deum israhel. XVI.

IHC autem. Convocatis discipulis suis
is dixit. Misereor turbe. quia triduo iam perseuerant mecum. & non
habent quod manducent. & dimittere eos ieiunos nolo. ne deficiant
in uia. Et dicunt ei discipuli. Unde ergo nobis in deserto panes tantos.
ut saturemus turbam tantam. Et ait illis ihs. Quot panes habe
tis. At illi dixerunt. Septem. & paucos pisciculos. Et precepit turbe.
ut discumberent super terram. Et accipiens ihs septem panes. & pisces.
& gratias agens. fregit & dedit discipulis suis. & dederunt discipuli popu
lo. Et comederunt omnes. & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmen
tis. tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerunt
quattuor milia uirorum. extra paruulos & mulieres. Et dimissa
turba. ascendit in nauiculam. & uenit in fines magedan.

Mat. cl. xi.
Y. IIII.
Mr. Lxxvii.
L. xxiii. y L. ii.

Et accesserunt ad eum pharisei & sadducei. temptantes. & rogaue
runt eum. ut signum de celo ostenderet eis.

Mat. cl. xii.
Y. V.
L. cl.

At ille respondens. ait eis. Facto uespere dicitis serenum erit. rubicun
dum est enim celum. & mane. hodie tempestas. rutilat enim tri
ste celum. faciem ergo celi diiudicare nostis. signa autem tempo
rum non potestis scire. Generatio mala & adultera signum que
rit. & signum non dabitur ei nisi signum ionę. Et relictis illis.
abiit. Et cum uenissent discipuli ad transfretandum. oblti sunt pa
nes accipere. Qui dixit eis. Intuemini. & cauete a fermento

Mat. cl. xiii
Y. VI.
Mr. Lxxviii.

Mat. cl. xiii
Y. II.
Mr. Lxxviii.
L. eadem.

pharisaeorum & sadduceorum.

Mat. cl. xv.
Y. U.
Mr. Lxxx.

At illi cogitabant inter se dicentes. Quia panes non accepimus.
Sciens autem ihs dixit eis. Quid cogitatis inter uos modicę fidei.

quia panes non habeas. Nondum intellegis neq; recordamini
quinq; panum in quinq; milia hominum & quot cophinos
sumpsistis. neq; septem panum in quatuor milia hominum
& quot sportas sumpsistis. Quare non intellegis quia non de pane
dixi uobis. cauete a fermento pharisaeorum & sadducaeorum.
Tunc intellexerunt. quia non dixerit cauendum a fermento panum.
sed a doctrina pharisaeorum & sadducaeorum.
Venit autem ihs in partes caesareae philippi. & interrogabat
discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium homi
nis. At illi dixerunt. Alii iohannem baptistam. alii autem
heliam. alii uero hieremiam. aut unum ex prophetis. Dicit illis
ihs. Uos autem quem me esse dicitis. Respondens simon petrus dixit.
Tu es xpc filius dei uiui. Respondens autem ihs. dixit. Beatus es
simon bariona. quia caro & sanguis non reuelauit tibi. sed
pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi. quia tu es petrus. &
super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et portae inferi
non praeualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum.
Et quodcumq; ligaueris super terram erit ligatum & in celis. Et quod
cumq; solueris super terram erit solutum & in celis.
Tunc praecepit discipulis suis. ut nemini dicerent. quia ipse es
set ihs xpc. Exinde coepit ihs ostendere discipulis suis. quia opor
tet eum ire hierosolimam. & multa pati a senioribus & scribis
& principibus sacerdotum. & occidi & tertia die resurgere.
Et assumens eum petrus. coepit increpare illum dicens. Absit a te
domine. non erit tibi hoc. Qui conuersus dixit petro. Uade retro me
satanas. scandalum es mihi quia non sapis ea quae dei sunt. sed
ea quae hominum. Tunc ihs. dixit discipulis suis. Siquis uult

Mthei. xvi.
I. Marci. xcem.
I. Lucae iii. et viii.
Mthei. xvii.
Solus.
Mthei. xviii.
M. Lucae ix.
Mthei. xvi.
M. Lucae ix.
Mthei. xvi.
M. Lucae ix.

L. xxvi.

post me uenire. abneget semetipsum. & tollat crucem suam & sequa
tur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere. perdet eam.
Qui autem perdiderit animam suam propter me. inueniet eam. Quid enim
prodest homini si mundum uniuersum lucretur. anime uero suę
detrimentum patiatur. Aut quam dabit homo commutationem
pro anima sua. Filius enim hominis uenturus est in gloria
patris sui cum angelis suis. & tunc reddet unicuique secundum opera eius.
Amen dico uobis. sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt
mortem. donec filium hominis uenientem in regno suo. uidean

Mat. cl.xxi. x. solu.

Mat. cl.xxii. ·ii· Mc. l.xxxvii. Luc. viii.

XVII. ET POST DIES SEX ASSUMPSIT IHC PETRUM
& iacobum. & iohannem fratrem eius. & ducit illos in montem
excelsum seorsum. & transfiguratus est ante eos. Et resplendit facies
eius sicut sol. uestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparu
erunt illis moyses. & helias. cum eo loquentes. Respondens autem petrus. dixit.
ad ihm. Domine bonum est nos hic esse. si uis faciamus. hic tria tria ta
bernacula. tibi unum. & moysi unum. & helię unum. Adhuc eo
loquente. ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce uox de nube
dicens. Hic est filius meus dilectus. in quo mihi bene complacui. ipsum
audite. Et audientes discipuli. ceciderunt in faciem suam. & timue
runt ualde. Et accessit ihs. & tetigit eos. dixitque eis. Surgite. & nolite timere.
Leuantes autem oculos suos. neminem uiderunt. nisi solum ihm. Et
descendentibus illis de monte. precepit eis ihs dicens. Nemini dixeritis uisio
nem. donec filius hominis a mortuis resurgat.

Mat. cl.xxiii. VI. Mc. l.xxxviii.

Et interrogauerunt eum discipuli dicentes. Quid ergo scribę dicunt.
quod helyam oportet primum uenire. At ille respondens. ait eis.
Helias quidem uenturus est. & restituet omnia. dico autem uobis.
quia helias iam uenit. & non cognouerunt eum. sed fecerunt in eo

quæcumq; uoluerunt. Sic & filius hominis passurus est abeis. Tunc in
tellexerunt discipuli quia de iohanne baptista dixisset eis.

Et cum uenisset ad turbam. accessit ad eum homo genibus p uolu
tis ante eum dicens. Dne miserere filio meo. quia lunaticus est & Mr̃ e lxxxiii. ℣ .ii. M.xvi. L. lxxxviii.
male patitur. Nam sæpe cadit in ignem & crebro in aquam. & o
tuli eum discipulis tuis. & non potuerunt curare eum. Respon
dens ihs ait. O generatio incredula & peuersa. quo usq; quo ero uo
biscum. usq; quo patiar uos. Adferte huc illum ad me. Et increpa
uit illum ihs. & exiit a eo demonium. & curatus est puer ex illa hora.

Tunc accesserunt discipuli ad ihm secreto. & dixerunt. Quare nos
non potuimus eicere illum. Dicit illis ihs. Propter incredulitatem
uram. Amen quippe dico uobis. si habueritis fidem sicut gra
num sinapis dicetis monti huic. transi hinc. & transibit. & nihil impossibile
erit uobis. Hoc autem genus non eicitur nisi per orationem & ieu
nium. Conuersantibus autem eis in galilea. dixit illis ihs. fi
lius hominis tradendus est in manus hominum. & occident eum.
& tertio die resurget. & contristati sunt ualde nimis.

Et cum uenissent capharnaum. accesserunt qui didragma ac
cipiebant ad petrum. & dixerunt ei. Magister ur non soluit di
dragma. Ait. & iam. Et cum intrasset in domum. preuenit eum ihs
dicens. Quid tibi uidetur simon. Reges terre a quibus accipiunt
tributum uel censum. a filiis suis. an a alienis. Et ille dixit. Ab
alienis. Dixit illi ihs. Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scan
dalizemus eos. uade ad mare & mitte hamum. & eum piscem
qui primus ascenderit tolle. Et aperto ore eius. inuenies state
ren. illum sumens. da eis pro me et te.

Mr̃ e lxxxiii. ℣ .ii. M.xvi. L. lxxxviii.

Mr̃ e lxxxv. ℣ vi. M.xci.

Mr̃ e lxxxvi. ℣ .ii. M.xcii. L. ci.

Mr̃ e lxxxvii. ℣ x solv.

XVIII.

IN ILLA HORA ACCESSERVNT DISCIPVLI

Mr̃ e lxxxviii. ℣ .ii. M.xcv. L. cii.

adisim dicentes. Quis putas maior est in regno celorum. Et aduo
cans ihs paruulum stauit eum in medio eorum & dixit. Amen
dico uobis nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli non
intrabitis in regnum celorum. Quicumq; ergo humiliauerit se sic
paruulus iste hic est maior in regno celorum. Et qui susceperit
unum paruulum talem in nomine meo me suscepit.

Mat. xviii. J. ii. M. xxviii. L. xxvii.

Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me cre
dunt expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius & de
mergatur in profundum maris. Ve mundo a scandalis. Necesse
est enim ut ueniant scandala. Veruntamen ue homini illi per quem
scandalum uenit. Si autem manus tua uel pes tuus scandali
zat te abscide eum & proice abste. Bonum est enim tibi aduitam ingredi
debilem uel claudum quam duas manus uel duos pedes haben
tem. mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus scandalizat te
erue eum & proice abste. Bonum tibi est cum uno oculo
intrare in regnum quam duos oculos habentem. mitti in gehennam
ignis. Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim
uobis quia angeli eorum in celis semper uident faciem patris me
qui in celis est. Venit enim filius hominis saluare quod perierat.

Mar. clxxx. J. vi. M. o.

Mar. clxxxi. J. x. Solu.

Mar. clxxxii. J. v. L. clxxxvii.

Quid uobis uidetur si fuerint alicui centum oues & errauerit una
ex eis nonne relinquit nonaginta nouem in montibus & uadit
querere eam que erraurit. Et si contigerit ut inueniat eam amen
dico uobis quia gaudebit super eam magis quam super nonaginta
nouem que non erraurunt. Sic non est uoluntas ante patrem uestrum
qui in celis est ut pereat unus de pusillis istis.

Mar. clxxxiii. J. v. L. clxxxviii.

Si autem peccauerit in te frater tuus uade & corripe eum inter
te & ipsum solum. Si te audierit lucratus eris fratrem tuum.

Si autem non te audierit adhibe tecum adhuc unum uel duos. ut in ore duorum testium uel trium stet omne uerbum. Quod si non audierit eos. dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit. sit tibi sicut ethnicus. & publicanus. Amen dico uobis. quecumque alligaueritis super terram. erunt ligata & in celo. Et quecumque solueritis super terram. erunt soluta & in celo. Iterum dico uobis. quia si duo ex uobis consenserint super terram de omni re quamcumque petierint. fiet illis a patre meo qui in celis est. Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo. ibi sum in medio eorum.

Math. cl. xxxiiii.
T. x.
Solys.

Math. cl. xxxv.
T. v.
L. cc. xv.

M. cl. xxxvi.
T. x.
Solys.

Math. cl. xxxvii.
T. v.
L. cl. xxxviii.

Tunc accedens petrus ad eum dixit. Domine. quotiens peccabit in me frater meus. & dimittam ei. usque septies. Dicit illi ihs. Non dico tibi usque septies. sed usque septuagies septies.

M. cl. xxxvii.
T. x.
Solys.

XVIIII. V

IDEO ADSIMILATVM EST REGNVM CELORVM HOMINI REGI. qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cepisset rationem ponere. oblatus est unus qui debebat decem milia talenta. Cum autem non haberet unde redderet. iussit eum dominus uenundari. & uxorem eius & filios. & omnia que habebat. & reddi. Procidens autem seruus ille rogabat eum dicens. Patientiam habe in me. & omnia reddam tibi. Misertus autem domnus serui illius. dimisit eum. & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille. inuenit unum de conseruis suis qui debebat ei centum denarios. Et tenens. suffocabat eum dicens. Redde quod debes. Et procidens conseruus eius. rogabat eum dicens. Patientiam habe in me. & omnia reddam tibi. Ille autem noluit. sed abiit & misit eum in carcerem. donec reddat debitum. Videntes autem conserui eius que fiebant. contristati sunt uehementer. Et uenerunt. & narrauerunt domino suo omnia que facta fuerant. Tunc uo

cauit illum dominus suus. & ait illi. Serue nequã omne debitum
dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te mise
reri conseruo tuo sicut et ego tui misertus sum. Et iratus dominus
ei tradidit eum tortoribus quo adusq; redderet uniuersum de
bitum. Sic & pater meus celestis faciet uobis si non remiseritis unus
quisq; fratri suo de cordibus uris.

Mt decimo. Y. V. Mem.

Et factum est cum consummasset ihs sermones istos migrauit
a galilea. & uenit in fines iudee trans iordanem. Et secuti sunt eum
turbe multe. et curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisei temp
tantes eum & dicentes. Si licet homini dimittere uxorem suam
quacumq; ex causa. Qui respondens ait eis. Non legistis quia qui fe
cit ab initio masculum & feminam fecit eos. & dixit. Propter hoc
dimittet homo patrem & matrem. & adherebit uxori sue. & erunt
duo in carne una. Itaq; iam non sunt duo. sed una caro. Quod ergo
deus coniunxit homo non separet. Dicunt illi. Quid ergo moyses
mandauit dari libellum repudii. & dimittere. Ait illis. Quoniam
moyses ad duritiam cordis uri. permisit uobis dimittere uxores
uras. Ab initio autem non fuit sic.

Nr. xxo. Y. II. Mr. ev. L. xvi.

Dico autem uobis quia quicumq; dimiserit uxorem suam nisi obfor
nicationem. & aliam duxerit mechatur. Et qui dimissam duxerit
mechatur. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa homini cum uxore
non expedit nubere. Qui dixit. Non omnes capiunt uerbum istud.
sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati
sunt. Et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus. Et sunt eu
nuchi qui se ipsos castrauerunt propter regnum celorum. Qui
potest capere capiat.

Mat. xix. Y. X. Solv.

Tunc oblati sunt ei paruuli ut manus
eis imponeret & oraret. Discipuli autem increpabant eos. Ihs uero

Mat. xxi. Y. II. Mr. xvi.

ait eis. Sinite paruulos. & nolite eos prohibere ad me uenire. Talium
enim est regnum celorum. Et cum imposuisset eis manus. abiit inde.
Et ecce unus accedens. ait illi. Magister bone. quid boni faciam
ut habeam uitam eternam. Qui dixit. Quid me interrogas de bono.
Unus est bonus deus. Si autem uis ad uitam ingredi. serua mandata. Dicit
ei illi. Que. Ihs autem dixit. Non homicidium facies. non adulterabis.
non facies furtum. non falsum testimonium dicies. Honora patrem
& matrem. & diliges proximum tuum sicut ipsum. Dicit ei illi adolescens.
Omnia hec custodiui. Quid adhuc michi deest. Ait illi ihs. Si
uis perfectus esse. uade uende que habes. & da pauperibus. & habebis the
saurum in celo. & ueni sequere me. Cum audisset autem adolescens
uerbum. abiit tristis. Erat enim habens multas possessiones. Ihs autem
dixit discipulis suis. Amen dico uobis. quia diues difficile intrabit
in regnum celorum. Et iterum dico uobis. facilius est camelum
per foramen acus transire. quam diuitem intrare in regnum celorum.
Audientes autem hec discipuli mirabantur ualde dicentes. Quis ergo
potest saluus esse. Aspiciens autem ihs. dixit illis. Apud homines
hoc impossibile est. apud deum autem omnia possibilia sunt. Tunc
respondens petrus. dixit ei. Ecce nos reliquimus omnia. & secuti sumus
te. quid ergo erit nobis. Ihs autem dixit illis. Amen dico uo
bis. quod uos qui secuti estis me. in regeneratione cum sederit filius
hominis in sede maiestatis sue. Sedebitis et uos super sedes. xii.
iudicantes xii tribus israel. Et omnis qui reliquerit domum uel fratres.
aut sorores. aut patrem aut matrem. aut uxorem aut filios. aut agros. propter
nomen meum. centuplum accipiet. & uitam eternam possidebit.
MULTI AUTEM ERUNT PRIMI NOVISSI
mi. & nouissimi primi. Simile est enim regnum celorum.

Mat cxcm. Y. 11. M. cvm. L. cxcm. & cccxvm.

Mat cxcm. Y. 11. M. cvm. L. cl. cxcm. & cccxvIIII.

Mat cxcv. Y. 11. M. cviiii. L. cccxc.

Mat cxcvi. Y. x. Solys.

Mat cxcvii. Y. v. L. cclxxxii.

Mat cxcviii. Y. 11. M. cx. L. cccxxi.

Math cxcviiii. Y. 11. M. cxi. L. cccxxii.

homini patri familias qui exit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro otiosos. Et illis dixit. Ite et vos in vineam. Et quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exit circa sextam et nonam horam. Et fecit similiter. Circa undecimam vero exit. Et invenit alios stantes. Et dicit illis. Quid hic statis tota die otiosi. Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite et vos in vineam. Cum autem sero factum esset dicit dominus pecuniarum suo. Voca operarios. Et redde illis mercedem. Incipiens a nouissimis usque ad primos. Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant. acceperunt singulos denarios. Venientes autem primi arbitrati sunt quod plus essent accepturi. Acceperunt autem et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrem familias dicentes. Hi nouissimi una hora fecerunt. et pares illos nobis fecisti. qui portauimus pondus diei et estus. At ille respondens uni eorum dixit. Amice. non facio tibi iniuriam. nonne ex denario conuenisti mecum. Tolle quod tuum est et uade. Volo autem et huic nouissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi quod uolo facere. an oculus tuus nequam est. quia ego bonus sum. Sic erunt nouissimi primi. et primi nouissimi. Multi enim uocati pauci uero electi. Et ascendens ihesus hierosolimam assumpsit duodecim discipulos secreto. et ait illis. Ecce ascendimus hierosolimam. et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis. et condemnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum. et flagellandum. et crucifigendum. Et tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedaei cum

Mat. xx.
Mcen.
Locern.
Mcen.
VI. Mar. cxiii.

filius suus adorans & petens aliquid abeo. Qui dixit ei. Quid uis. Ait
illi. Dic ut sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam. & unus
ad sinistram in regno tuo. Respondens autem ihs dixit. Nescitis quid
petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum. Dicunt
ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis. sedere autem
ad dexteram meam & ad sinistram non est meum dare uobis. sed
quibus paratum est a patre meo. Et audientes decem indigna
ti sunt de duobus fratribus. Ihs autem uocauit eos ad se. & ait. Scitis
quia principes gentium dominantur eorum. Et qui maiores sunt
potestatem exercent in eos. Non ita erit inter uos. Sed quicumque uo
luerit inter uos maior fieri. sit uester minister. Et qui uoluerit in
ter uos primus esse erit uester seruus. Sicut filius hominis
non uenit ministrari. sed ministrare. & dare animam suam redemp
tionem pro multis. Et egredientibus illis a iericho. secuta
sunt eum turbe multe. Et ecce duo cecci sedentes secus uiam. au
dierunt quia ihs transit. & clamauerunt dicentes. Dne. miserere
nri fili dauid. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi ma
gis clamabant dicentes. Dne miserere nostri fili dauid. Et stetit ihs.
& uocauit eos & ait. Quid uultis ut faciam uobis. Dicunt illi.
Dne. ut aperiantur oculi nri. Misertus autem eorum ihs tetigit
oculos eorum. & continuo uiderunt. & secuti sunt eum. XXI.

Matheeum. V. 11.
M. cxviii.
L. eclxx.
Mtheeum.
V. IIII.
M. cxv.
L. xci.
& cxxxv.
M. Mtheeum.
V. 11.
M. cxvi.
L. ccxxviii.
M. cxvi.
V. 11.
M. cxvi.
L. ccxxviii.

ET CVM APPROPINQVASSENT HIEROSO
lymis & uenissent betfage ad montem oliuet. tunc ihs misit
duos discipulos. dicens eis. Ite in castellum quod contra uos est. &
statim inuenietis asinam alligatam. & pullum cum ea. Solite.
& adducite michi. Et si quis uobis aliquid dixerit. dicite quia dns
his opus habet. & continuo dimittet eos. Hoc autem factum est

MAT. cxvii
V. 11.
Lei.

ut adimplerentur quod dictum ē ꝑ ꝓphetam dicentem. Dicite filie syon. Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus & sedens sup asinam & pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut ꝑcepit illis ihs. Et adduxerunt asinam & pullum. & imposuerunt sup eos uestimenta sua. & eum desup sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alii autem cedebant ramos de arboribus & sternebant in uia. Turbe autem que precedebant & que sequebantur clamabant dicentes. O sanna filio dauid. benedictus q̃ uenit̃ in nomine dni. osanna in altissimis.

Et cum intrasset hierosolimam commota ē uniuersa ciuitas dicens. Quis ē hic. Populi autem dicebant. Hic ē ihs propha. a nazareth galilee. Et intrauit ihs in templum dei. & eiiciebat omnes uendentes et ementes in templo. Et mensas nummulariorum. & cathedras uendentium columbas euertit. Et dicit eis. Scriptum est. domus mea domus orationis uocabitur. Vos aut fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum ceci et claudi in templo. & sanauit eos.

Videntes autem principes sacerdotum & scribe mirabilia que fecit. & pueros clamantes in templo & dicentes. O sanna filio dauid. indignati sunt & dixerunt ei. Audis quid isti dicunt. Ihs autem dicit eis. Utique. Numquam legistis. quia ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem. Et relictis illis. abiit foras extra ciuitatem in bethaniam. ibique mansit. Mane autem reuertens in ciuitatem esuriit. Et uidens ficum arboream unam secus uiam. uenit ad eam. & nichil inuenit in ea nisi folia tantum. & ait illi. Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum. & arefacta ē continuo ficulnea. Et uidentes discipuli mirati sunt dicentes. Quomodo continuo aruit.

Respondens autem ihs. ait eis. Amen dico uobis. Si habueritis fi

Mat̃ cc xvii. J. ii. M. cxviii. L. cc xxxviii.

Mat̃ cc viiii. J. i. M. cxviii. L. cc xxxiiii. L. c.

Mat̃ cc x. solv.

Mat̃. ccxi. J. i. M. cxxi. L. cc xxxviii. L. xx. i.

Math ccxii. J. x. solv. M. ccxiii. J. v. L. cc xxxv.

Mat̃ ccxiii. J. vi. M. cxx.

Mat̃ cc xvi. J. x solv. M. c xxxiii.

dem & non hesitaueritis: non solum de ficulnea facietis hoc; & si monti huic dixeritis tolle & iacta te in mare fiet.

Et omnia quecumq; petieritis in oratione credentes accipietis.

Mr cccxvi.

Mr. cccxv. IIII. ℣ l. d. & c. xv viii. mcviii.

Et cum venisset in templum accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum & seniores populi dicentes. In qua potestate hec facis. Et quis tibi dedit hanc potestatem. Respondens ihs. dixit eis. Interrogabo uos & ego unum sermonem. Quem si dixeritis michi. & ego uobis dicam in qua potestate hec facio. Baptismum iohannis unde erat. Ecce. an ex hominibus. At illi cogitabant inter se dicentes. Si dixerimus ecce. dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi. Si autem dixerimus ex hominibus timemus turbam. Omnes enim habebant iohannem. sicut prophetam. Et respondentes ihu dixerunt. Nescimus. Ait illis & ipse. Nec ego dico uobis in qua potestate hec facio.

Mr cccxvii. ℣ x solv.

Quid autem uobis uidetur. Homo quidam habebat duos filios. & accedens ad primum dixit. Fili. uade hodie operare in uinea mea. Ille autem respondens ait. Nolo. Postea autem penitentia motus abiit. Accedens autem ad alterum. dixit similiter. At ille respondens ait. Eo domine. & non iuit. Quis ex duobus fecit uoluntatem patris. Dicit ei. Primus. dicit illis ihs. Amen dico uobis. quia publicani et meretrices precedunt uos in regno dei. Venit enim ad uos iohannes in uia iustitie. & non credidistis ei. Publicani autem & meretrices crediderunt ei. Vos autem uidentes. nec penitentiam habuistis postea ut crederetis ei.

Mr cccxviii. ℣ l. cccl.

XXII. ℣

ALIAM PARABOLAM AUDITE. HOMO erat pater familias. qui plantauit uineam. & sepem circumdedit ei. & fodit in ea torcular. & edificauit turrim. & locauit eam agricolis. & peregre profectus est. Cum autem tempus fruc

tuum appropinquasset. misit seruos suos ad agricolas. ut accperent
fructus eius. Et agricolae adprehensis seruis eius. alium ceciderunt.
alium occiderunt. alium uero lapidauerunt. Iterum misit alios
seruos plures. prioribus. et fecerunt illis similiter. Nouissime
autem misit ad eos filium suum dicens. Verebuntur filium meum.
agricolae autem uidentes filium. dixerunt inter se. Hic est heres.
uenite occidamus eum. et habebimus hereditatem eius. Et ad p
hensum eum eiecerunt extra uineam. et occiderunt. Cum ergo
uenerit dominus uineae. quid faciet agricolis illis. Aiunt illi. Ma
los male pdet. et uineam suam locabit aliis agricolis. qui reddant ei
fructum temporibus suis. Dicit illis ihe. Numquam legistis in scri
pturis. lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est
in caput anguli. A dno factum est istud. et est mirabile in oculis
nris. Ideo dico uobis. quia auferetur a uobis regnum dei. et dabitur
genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit sup lapidem istum con
fringetur. Super quem uero ceciderit. conteret eum.

Mat. cexx.

V. I. Mc. exxxvim. Lc. cxlin. y cc. xl. i. I. Lxxxvim. y lcc vii.

Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei. parabolas
eius. cognouerunt qd de ipsis dicebat. Et quaerentes eum tenere. ti
muerunt turbas. quo sicut ppheam eum habebant.

Mat. ccxxi.

V. V. I. cbxxi.

Et respondens ihs. dixit rursum in parabolis eis dicens. Simile fac
tum est regnum celorum homini regi. qui fecit nupcias filio suo.
Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nupcias. et nolebant ue
nire. Iterum misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis. ecce pran
dium meum paraui. thauri mei et altilia occisa. et omnia para
ta. uenite ad nupcias. Illi autem neglexerunt. et abierunt alius in
uillam suam. alius uero ad negotiationem suam. Reliqui uero te
nuerunt seruos eius. et contumelia affecerunt. occiderunt. Rex autem

cum audisset iratus est. Et missis exercitibus suis perdidit homicidas
illos. & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nupcie
quidem parate sunt. sed qui inuitati erant non fuerunt digni.
Ite ergo ad exitus uiarum. & quoscumq; inueneritis uocate ad
nupcias. Et egressi serui eius in uias congregauerunt omnes quos
inuenerunt malos & bonos. & impletae sunt nupcie discumben
tium. Intrauit autem rex ut uideret discumbentes. Et uidit
ibi hominem non uestitum ueste nuptiali. Et ait illi. Amice quo
modo huc intrasti. non habens uestem nuptialem. At ille om
mutuit. Tunc dixit rex ministris. ligatis pedibus eius & manib?
mittite eum in tenebras exteriores. ibi erit fletus & stridor den
tium. Multi enim sunt uocati. pauci uero electi. XXIII.

Mat. cc.xxii. J. x Solys.

Mt. cc.xxiii J. .11. M. cxxx. L. cccxlvi.

TUNC ABEUNTES PHARISEI CONSILIUM
inierunt. ut caperent eum in sermone. Et mittunt ei dis
cipulos suos cum herodianis dicentes. Magister. scimus quia ue
rax es. & uiam dei in ueritate doces. & non est tibi cura de aliquo.
Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis. quid tibi
uidetur. licet censum dare cesari. an non. Cognita autem iesus ne
quitia eorum. ait. Quid me tentatis ypocrite. Ostendite mihi
nomisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis iesus.
Cuius est imago hec & super scriptio. Dicunt ei. cesaris. Tunc ait
illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari. & que sunt dei deo.
Et audientes mirati sunt. Et relicto eo abierunt. In illo die ac
cesserunt ad eum sadducei. qui dicunt non esse resurrectionem.
Et interrogauerunt eum dicentes. Magister. moyses dixit.
Si quis mortuus fuerit non habens filium. ut ducat frater
eius uxorem illius. & suscitet semen fratri suo. Erant autem

apud nos septem fratres. Et primus uxore ducta defunctus est.
Et non habens semen. reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter
secundus & tertius. usq; ad septimum. Nouissime autem omnium
& mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem
uxores. Omnes enim habuerunt eam. Respondens autem ihs. ait illis.
Errastis. nescientes scripturas. neq; uirtutem dei. In resurrectione
enim neq; nubent. neq; nubentur. sed sunt sicut angeli dei in celo.
De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a deo
dicente uobis. Ego sum ds abraham. & ds isaac. & iacob. non est ds mor-
tuorum sed uiuentium. Et audientes turbe mirabantur in doctrina eius.

Mat. cxxxiii.
J. vi.
M. cxxxi.

Pharisei autem audientes qd silentium inposuisset sadduceis con
uenerunt in unum. Et interrogauit eum unus ex eis legis doc
tor. tentans eum. Magister. quod est mandatum magnum in
lege. Ait illi ihs. Diliges dnm dm tuum ex toto corde tuo. & in
tota anima tua. & in tota mente tua. Hoc est maximum & pri
mum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges pro
ximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis uniuersa
lex pendet & ppheete.

Mat. cxxxv.
J. ii.
M. cxxxiii.
L. cxlv.

Congregatis autem pharisei interroga
uit eos ihs. dicens. Quid uobis uidetur de xpo. cuius filius est.
Dicunt ei. dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in spu uocat eum
dnm dicens. Dixit dns dno meo. sede a dextris meis. Donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Mat. cxxxvi.
J. ii.
M. cxxxiii.
L. cxlviii.

Si ergo dauid uocat eum dnm. quomodo filius eius est. Et nec
mo poterat respondere ei uerbum. neq; ausus fuit quisquam ex
illa die eum amplius interrogare.

Mat. cxxxvii.
J. x.
Solus

Tunc ihs loquutus
est ad turbas. & ad discipulos suos dicens. Super cathedram moy
si sederunt scribe & pharisei. Omnia ergo quecumq; dixerint

uobis seruate & facite. Secundum opera uero eorũ nolite facere.
Dicunt enim & non faciunt. Alligant aũt onera grauia & in
portabilia. & inponunt in humeros hominum. digito autem
suo nolunt ea mouere. Omnia ũ opera sua faciunt. ut ui
deantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua. & ma
gnificant fimbrias. Amant aũt primos recubitus in cenis. &
primas cathedras in synagogis. & salutationes in foro. & uocari
ab hominibus rabbi. Vos aũt nolite uocari rabbi. Vnus est
enim magister ũr. Omnes aũt uos fratres estis. Et patrem nolite
uocare uobis sup terram. Vnus est enim pater ũr. qui in celis est.
Nec uocemini magistri. quia magister ũr. unus ẽ xp̃c.
Qui maior est ũrm erit minister ũr. Qui aũt se exaltauerit
humiliabitur. Et qui se humiliauerit exaltabitur. XXIIII.

Ve autem uobis scribe et pharisei
hypocrite. q̃ claudis regnũ celorũ ante hoies. Vos enim ñ intratis. nec introeuntes
sinitis intrare. Ve uobis scribe & pharisei ypocrite. q̃ comeditis domos uiduarũ.
oratione longa orantes. Hoc ãplius accipietis iudicium. Ue uobis scribe & pharisei hypocrite.
q̃ circuitis mare & aridam ut faciatis unũ prselytũ. & cum fuerit factus. facitis
eum filium gehenne duplo quam uos. Ve uobis duces ceci. qui
dicitis. quicumq; iurauerit ptemplum nichil ẽ. Qui aũt iurauerit
in auro templi debet. Stulti & cci. quid enim maius ẽ. aurũ
an templum quod sanctificat aurum. Et quicumq; iurauerit in
altari. nichil est. Qui cumq; autem iurauerit in dono quod est
sup illud debet. Cci. quid enim maius est. donum an altare
quod sanctificat donum. Qui ergo iurat in altari. iurat in eo
& in omnibus que sup illud sunt. Et qui iurauerit in templo.
iurat in illo & in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in celo. iu

mtt ccxxxviii.
.v.
l. cxxxviii.

mtt ccxxxviii.
.ii.
Mr cxxxv.
l. ccclvi.
& cxxxvii.

mtt ccxxxx.
x.
Sol.

mtt. ccxxxi
.v.
l. cclxxviii.

mtt ccxxxii
.v.
l. cxlii.

mtt ccxxxiii.
x
solus.

Mr ccxxxvi. J. v. l. cxxxv.

rat in throno di & in eo qui sedet sup eum. Ve uobis scribe &
pharisei hypocrite qui decimatis mentam. & anetum. & cuminum.
& reliquistis que grauiora sunt legis. Iudicium & miam & fidem. Hec
oportuit facere. & illa non omittere. Duces ceci excolantes culicem
camelum. autem glutientes. Ve uobis scribe & pharisei hypocrite.
quia mundatis qd deforis e calicis & parapsidis. intus aut pleni estis
rapina & inmundicia. Pharisee cece. munda prius quod intus e
calicis & parapsidis. ut fiat. et id quod deforis e mundum.

Mr ccxxxvii. J. v. l. cxxxviii.

Ve uobis scribe & pharisei hypocrite. quasi mundi estis sepulchris dealba
tis que aforis parent hominibus speciosa. intus uero plena sunt os
sibus mortuorum. & omni spurcitia. Sic & uos aforis quidem pare
tis hominibus iusti. intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate.

Mr ccxxxviii. J. v. l. cxl.

Ve uobis scribe & pharisei ypocrite. qui edificatis sepulchra pro
phetarum. & ornatis monumenta iustorum. & dicetis. si fuissemus in
diebus patrum nrorum. non essemus socii eorum in sanguine pro
phetarum. Itaque testimonio estis uobis metipsis. quia filii estis eorum.
qui pphetas occiderunt. Et uos implete mensuram patrum uestrorum.

Mr ccxxxviii. J. x. solu

Serpentes. generatio uiperarum. quomodo fugietis a iudicio ge
henne. Ideo ecce ego mitto ad uos pphetas & sapientes & scribas.

Mr ccxl. J. v. l. cxli.

& ex illis occidetis & crucifigetis. & ex eis flagellabitis in synagogis uris.
Et psequemini de ciuitate in ciuitatem. ut ueniat sup
uos omnis sanguis iustus. qui effusus e sup terram. A sanguine abel
iusti. usque ad sanguinem zacharie filii barachie. quem occidistis
inter templum & altare. Amen dico uobis. uenient hec omnia

Mr ccxli. J. v. l. cxlv. J xxv.

sup generationem istam. Hierusalem hierusalem que occidis p
phetas & lapidas eos qui ad te missi sunt. Quotiens uolui congre
gare filios tuos. quem admodum gallina congregat pullos suos

subalas. & noluisti. Ecce relinquitur uobis domus uꝑa deserta. Dico enim uobis. Non me uidebitis amodo. donec dicatis. Benedictus qui uenit in nomine domini.

Et egressus ihs de templo. ibat. Et accesserunt discipuli eius. ut ostendent ei ꝓdificationes templi. Ipse autem respondens. dixit illis. Nonne hæc omnia. Amen dico uobis. non relinquitur hic lapis super lapidem qui non destruatur. Sedente autem eo super montem oliueti. accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes. Dic nobis quando hæc erunt. & quod signum aduentus tui. & consummationis seculi. Et respondens ihs dixit eis. Videte. ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo. dicentes. Ego sum xpc. & multos seducent. Auditurri enim estis prelia. & opiniones preliorum. Videte ne turbemini. Oportet enim hæc fieri. sed non dum est finis. Consurget enim gens in gentem. & regnum in regnum. & erunt pestilentiæ & fames. & terræ motus per loca. Hæc autem omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent uos in tribulationem. & occident uos. & eritis odio omnibus gentibus. propter nomen meum.

Et tunc scandalizabuntur multi. & inuicem tradent. & odio habebunt inuicem. & multi pseudo prophete surgent. & seducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas. refrigescet caritas multorum. Qui autem perseuerauerit usque in finem. hic saluus erit.

Et predicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe. in testimonium omnibus gentibus. & tunc ueniet consummatio.

Cum ergo uideritis abominationem desolationis quæ dicta est a daniele prophete stantem in loco sco. qui legit intellegat.

Tunc qui in iudea sunt. fugiant ad montes. & qui in tecto. non descendat tollere aliquid de domo sua. & qui in agro. non reuertatur

mccclii. II. M.cxxxvii l.cccxxvii cccclviii.

mccclui II. M.cxxxviii l.cccclviii.

mccclui I. M.cxxxviii l.ccl l.ccli.

mccclv. V. solv.

mccclvi VI M. ccl.

mccclvii. M.cclii. VI.

mccclviii. M.cclui. II. l.ccviii. ccclui.

Mat. cc xlvm. tatur tollere tunicam suam.

Vae autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. mtcc l. vi

Orate autem ut non fiat fuga vra hiemi vel sabbato. M. cclv

Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi usque modo. neque fiet. mtcc lv. M. cclv

Et nisi breviati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro; sed propter electos breviabuntur dies illi. mtcc lvi. M. clvii

Tunc si quis vobis dixerit. ecce hic xpc. aut illic. nolite credere. mtcc lvii. M. clvi. L. cc iii.

Surgent enim pseudo pphe. & dabunt signa magna & prodigia. ita ut in errorem inducantur si fieri potest. & iam dixi. ecce pdixi vob. mtcc lviii. M. cclviii.

dis. quia his qui uiderant eum resurrexisse non crediderunt.
Et dixit eis ihc. Euntes in mundum uniuersum. predicate euan
gelium omni creature. Qui crediderit & baptizatus fuerit.
saluus erit. Qui uero non crediderit condempnabitur:
Signa autem eos qui crediderint. hæc sequentur: In nomine
meo demonia eicient. linguis loquentur nouis. serpentes
tollent. Et si mortiferum quid biberint. non eos nocebit.
Super egros manus inponent. & bene habebunt. Et dns quidem
ihc post quam locutus est eis assumptus est in cælum. & sedet
ad dexteris di. Illi autem profecti predicauerunt ubique. Dno
cooperante & sermonem confirmante. sequentib⁹ signis.

INCIPIT
EVANG
SCDM
LUCA.

QVI
QUI

CONATI SVNT
ORDINARE NARRATIONEM QVE IN
nobis completa sunt rerum sicut tradiderunt nobis qui ab initio
ipsi uidere et ministri fuerunt sermonis uisum est et mihi
assecuto a principio omnibus diligenter exponere tibi scribere
optime theophile ut cognoscas eorum uerborum de quibus e
ruditus es ueritatem

F uit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam nomine
zacharias de turba abia et uxor illi de filiabus aaron et no
men eius elisabeth Erant autem iusti ambo ante deum incedentes

F. I.

Luc sol.

Cim
16000.

INCIPIT EVANGELIVM SCDM LUCAM.

QVONIAM QUONIAM QUIA

CONATI SVNT ORDINARE NARRATIONEM QVE IN nobis completae sunt rerum sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt et ministri fuerunt sermonis. uisum et mihi et assecuto a principio omnib' diligenter exordine tibi scribere optime theophile ut cognoscas eorum uerborum de quibus eruditus es ueritatem.

FIT. I. ℣ Ivē sol.

Fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam nomine zacharias de uicee abia. et uxor illi de filiabus aaron. et nomen eius elisabeth. Erant autem iusti ambo ante dm incedentes

tis in omnibus mandatis & iustificationibus dni sine querela.
Et non erat illi filius. eo quod esset sterilis elisabeth. & ambo p
cessissent in diebus suis. Factum ē autem cum sacerdotio fungeretur zacharias in ordine vicis suę ante dm secundum consue
tudinem sacerdotii sorte exiit ut incensum poneret. Ingressus
in templum dni. & omnis multitudo erat populi orans foris ho
ra incensi. Apparuit autem illi angelus dni stans ad dexteris altaris
incensi. Et zacharias turbatus ē uidens. & timor irruit sup eū.
Dixit autē ad illum angelus. Ne timeas zacharia. quoniā exaudita
ē deprcatio tua. Et uxor tua elisabeth pariet tibi filium. & voca
bis nomen eius iohannem. Et erit gaudium tibi & exultatio. &
multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram
dno. & uinum. & siceram non bibet. & spū scō replebitur adhuc
ex utero matris suę. Et multos filiorum israel conuertet ad dnm
deum ipsorum. Et ipse precedet ante illum in spū. & uirtute helię.
ut conuertat corda patrum in filios. & incredibiles ad prudentiam iustorum. Parare dno plebem perfectam. Et dixit zacha
rias ad angelum. Vnde hoc sciam. Ego enim sum senex. & uxor
mea processit in diebus suis.

Et respondens angelus dixit ei. Ego sum gabriel qui adsto
ante dm. & missus sum loqui ad te. & hęc tibi euangelizare.
Et ecce eris tacens. & non poteris loqui usq; in diem quo hęc fiant.
pro quod non credidisti uerbis meis quę implebuntur in tem
pore suo. Et erat plebs expectans zachariam. & mirabantur
quod tardaret ipse in templo. Egressus autē non poterat loqui
ad illos. Et cognouerunt quod uisionem uidisset in templo. Et
ipse erat innuens illis. & permansit mutus. Et factum est ut

Lectio. II. Dominica III. Lectio III. Sol.

impleti sunt dies officii eius abiit indomum suam. Post hos autem
dies concepit elisabeth uxor eius & occultabat se mensibus quinq;
dicens. Quia sic fecit michi dns in diebus quibus respexit au
ferre obprbrium meum inter homines. In mense autem sex
to missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galileę cui no
men nazareth ad uirginem desponsatam uiro cui nomen erat
ioseph de domo dauid & nomen uirginis maria. Et ingressus
angelus ad eam dixit. Ave gratia plena dns tecum. benedicta
tu in mulieribus. Quę cum audisset turbata est in sermone eius & cogi
tabat qualis est ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria
inuenisti enim gratiam apud dm. Ecce concipies in utero & paries
filium. & uocabis nomen eius ihm. Hic erit magnus. & filius al
tissimi uocabitur. Et dabit illi dns ds sedem dauid patris
eius. & regnabit in domo iacob in eternum. & regni eius non erit
finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud qm
uirum non cognosco. Et respondens angelus dixit ei.
Spc scs sup ueniet in te. & uirtus altissimi obumbrabit tibi.
Idcoq; & quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius de.
Et ecce elisabeth cognata tua. & ipsa concepit filium in
senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que uocatur sterilis.
quia non erit impossibile apud dm omne uerbum. Dixit
autem maria. Ecce ancilla dni. fiat michi secundum uerbum
tuum. Et discessit ab illa angelus. Exurgens autem maria
in diebus illis. abiit in montana cum festinatione in ciuitatem
iuda. & intrauit in domum zacharię. & salutauit elisabeth.
Et factum est ut audiuit salutationem marię elisabeth. exul
tauit infans in utero eius. Et repleta est spu scto elisabeth. & excla

mauit uoce magna & dixit. Benedicta tu inmulieribus & be
nedictus fructus uentris tui. Et unde hoc michi ut ueniat ma
ter dni mei ad me. Ecce enim ut facta est uox salutationis tue
in auribus meis exultauit in gaudio. infans in utero meo. Et
beata que credidit quoniam perficientur ea que dicta sunt ei a dno.
Et ait maria. Magnificat anima mea dnm. Et exultauit
spiritus meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem
ancille sue. ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes gene
rationes. Quia fecit michi magna qui potens est & sanctum nomen
eius. Et misericordia eius in progenies & progenies timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo. dispersit superbos mente cordis
sui. Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. Esurientes
implauit bonis & diuites dimisit inanes. Suscepit israel
puerum suum recordatus misericordie sue. Sicut locutus est ad patres nros.
abraham & semini eius in secula. Mansit autem maria cum
illa quasi mensibus tribus. & reuersa est in domum suam.
Elisabeth autem implebatur tempus pariendi & peperit
filium. Et audierunt uicini & cognati eius. quia magnifi
cauit dns misericordiam suam cum illa. & congratulabantur ei. Et
factum est in die octauo. uenerunt circumcidere puerum
& uocabant eum nomine patris sui zachariam. Et respon
dens mater eius dixit. Non quaquam. sed uocabitur iohannes.
Et dixerunt ad illam. Quia nemo est in cognatione tua qui
uocetur hoc nomine. Innuebant patri eius quem uellet
uocari eum. Et postulans pugillarem scripsit dicens. Et
mirati sunt uniuersi. Apertum est autem illico os eius. & lingua
ei. & loquebatur benedicens dm. Et factus est timor super omnes ui

lohannes est nomen eius.

anos eorum. & sup omnia montana iudee diuulgabantur
omnia uerba hec. Et posuerunt omnes qui audierant in cor
de suo dicentes. Quid putas puer iste erit. Et enim manus
dni erat cum eo. Et zacharias pater eius impletus est spu sco.
& pphetauit dicens. Benedictus dns ds isrl. quia uisitauit & fe
cit redemptionem plebi sue. Et erexit cornu salutis nobis in
domo dauid pueri sui. Sicut locutus est pos scorum qui a sclo
sunt pphetarum eius. Salutem ex inimicis nris. & de manu om
nium qui oderunt nos. Ad faciendam miam cum patribus
nris. & memorari testamenti sui sci. Iusiurandum quod iura
uit ad abraham patrem nrm. daturum se nobis. Vt sine timo
re de manu inimicorum nrorum liberati seruiamus illi. In
sanctitate & iustitia coram ipso. omnibus diebus nris. Et tu
puer pphta altissimi uocaberis. pibis enim ante faciem dni
parare uias eius. Ad dandam scientiam plebi eius. in remissi salutis
onem peccatorum eorum. Per uiscera mie di nri. in quibus
uisitauit nos oriens ex alto. Inluminare his qui in tenebris.
& in umbra mortis sedent. ad dirigendos pedes nros. in uiam
pacis. Puer autem crescebat. & confortabatur spiritu. Et
erat in deserto. usq; in diem ostensionis sue ad isrl.

Factum est in diebus illis. Exiit edictum a cesare augusto.
ut describeretur uniuersus orbis. Hec descriptio prima fac
ta est a preside syrie cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur.
singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & ioseph a galilea
de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid que uoca
tur bethleem. eo quod esset de domo & familia dauid. ut p
fiteretur cum maria desponsata sibi uxore pregnante.

factum ē autē cum cōpleti sunt dies ut parturiret. Et pe
perit filium suū primogenitum. & pannis eum inuolui
non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eā
dem uigilantes. & custodientes uigilias noctis super gregem suum. Et ecce
angelus dni stetit iuxta illos. & claritas dei circumfulsit illos.
& timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite time
re. Ecce enim euangelizo uobis gaudiū magnum. quod erit
omni populo. quia natus ē uobis hodie saluator qui est xpe
dns in ciuitate dauid. Et hoc uobis signum. Inuenietis infantē
pannis inuolutum. & positum in presepio. Et subito facta est
cum angelo multitudo militie celestis. laudantium dm. & dicen
tium. Gloria in altissimis deo. & in terra pax hominibus bone
uoluntatis. Et factum ē ut discesserunt abeis angeli in celum.
pastores loquebantur ad inuicem. Transeamus usq; bethleem.
& uideamus hoc uerbum quod factum ē. quod dns ostendit
nobis. Et uenerunt festinantes. & inuenerunt mariā. & io
seph. & infantem positum in presepio. Videntes autē cognouerē
de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes q̄
audierunt mirati sunt. & de his quē dicta erant a pastoribus
ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia uerba hec con
ferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes &
laudantes dm. in omnib' quē audierant & uiderant. sicut
dictum ē ad illos. Et postquam consummati sunt dies oc
to ut circumcidatur puer. uocatum ē nomen eius ihc. Quod
uocatum ē ab angelo. prius quam in utero concperetur.
Et postquam impleti sunt dies purgationis eius
secundum legem moysi. tulerunt illum in hierusalem ut

ss uigilias

sistarent cum dno sicut scriptum ē in lege dni. Quia omne
masculinum adaperiens uulua sanctum dno uocabitur. Et ut
darent hostiam secundum quod dictum est in lege dni.
par turturū aut duos pullos columbarum.

ET ECCE HOMO ERAT IN HIERV
salem. cui nomen symeon. & homo iste iustus & timorat.
expectans consolationem israel. & spes erat in eo. Et responsu
acceperat a spu sco. non uisurum se mortem. nisi prius uideret
xpm dni. Et uenit in spu in templum. Et cum inducerent
puerum ihm parentes eius. ut facerent secundum consuetudi
nem legis pro eo. & ipse accepit eum in ulnas suas. & benedixit
dm. & dixit. Nunc dimittis seruū tuū dne. secdm uerbū tuū in pace. qa uide
runt oculi mi salutare tuum quod parasti ante faciem om
nium populorum. lumen ad reuelationem gentium. & glam
plebis tue israel. Et erat pater eius. & mater. mirantes. sup his. que
dicebantur de illo. Et benedixit illos symeon. & dixit ad ma
riam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam. & in resurrec
tionem multorum in israel. & in signum cui contradicetur.
Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. ut reuelentur
ex multis cordibus cogitationes. Et erat anna prophetissa
filia fanuel de tribu aser. Hec processerat in diebus multis.
& uixerat cum uiro suo septem annis a uirginitate sua.
& hec uidua. usq; ad annos octoginta quatuor. que non
discedebat de templo. ieiuniis & obsecrationibus seruiens
nocte ac die. Et hec ipsa hora sup ueniens confitebatur dno.
& loquebatur de illo omnib' qui expectabant redemptionē
israel. Et ut perfecerunt omnia secdm legem dni. reuersi sunt

F.II.

in galilea in ciuitatem suam nazareth. Puer autem crescebat
et confortabatur plenus sapientia. et gratia dei erat in illo. Et erant
parentes eius per omnes annos in ierusalem in die sollemni paschę. Et
cum factus esset annorum duodecim ascendentibus illis in ierusa
lem secundum consuetudinem diei festi. Consummatisque die
bus cum redirent remansit puer iesus in hierusalem. et non cognouerunt
parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu uenerunt
iter diei. et requirebant eum inter cognatos et notos. Et non
inuenientes regressi sunt in ierusalem requirentes eum. Et factum
est post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in me
dio doctorum audientem illos et interrogantem eos.

Le iiii.
J. ii. M. le ii.
M. an. xiii.
Le v.
x.
sol.

Stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudentia et
responsis eius. et uidentes ammirati sunt. Et dixit mater eius
ad illum. fili. quid fecisti nobis sic. Ecce pater tuus et ego do
lentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est quod me que
rebatis. nesciebatis quia in his quę patris mei sunt oportet
me esse. Et ipsi non intellexerunt uerbum. quod locutus est ad illos.
Et descendit cum eis et uenit nazareth. et erat subditus illis. Et
mater eius conseruabat omnia uerba hęc in corde suo. Et ihe
sus proficiebat sapientia. et ętate. et gratia apud deum et homines.

Le vi.
M. vii. iii. J.
l. in. xxy.

J. iii. ANNO AUTEM QUINTO DE
cimo imperii tiberii cesaris. petente pontio pilato
iudeam. tetrarcha autem galilęe herode. philippo autem frater
eius. tetrarcha ituree et traconitidis regionis. et lysania abi
line tetrarcha. sub principibus sacerdotum anna et caiphe.
factum est uerbum dei super iohannem zacharię filium inde
serto. Et uenit in omnem regionem iordanis predicans bap

Le vii.
Ma. viii. l. J.
M. ii.
l. x.

asmũ penitentiae in remissionem peccatorũ sicut scriptum est
in libro sermonum esaiae prophetae. Vox clamantis in deserto.
parate viam dni. rectas facite semitas eius. Omnis vallis imple
bitur. et omnis mons et collis humiliabitur. et erunt prauia in
directa et aspera in uias planas. et videbit omnis caro salutare di. Lcvm. M. x. V.
Dicebat ergo ad turbas quae exibant ut baptizarentur
a ipso. Genimina viperarum. quis ostendit uobis fugere
a futura ira. Facite ergo fructus dignos penitentiae. ne
tas dicere. patrem habemus abraham. Dico enim uobis. quia
potens est de lapidibus istis suscitare filios abrahae. Iam enim
securis ad radicem arborum posita. Omnis enim arbor n
faciens fructum bonum excidetur. et in ignem mittetur.
Et interrogabant eum turbae dicentes. Quid ergo faciemus. Le viii. J. x. Sol.
Respondens autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas. det
non habenti. Et qui habet escas similiter faciat. Venerunt
autem et publicani ut baptizarentur. et dixerunt ad illum.
Magister quid faciemus. At ille dixit ad eos. Nihil am
plius quod quam constitutum e uobis faciatis. Interroga
bant autem eum et milites dicentes. Quid faciemus et nos.
Et ait illis. Neminem concutiatis. neque calumniam faciatis.
et contenti estote stipendiis uestris. Existimante autem populo
et cogitantibus omnibus in cordibus suis de iohanne. ne for
te ipse est xpc. Respondit iohannes omnibus dicens. Le x. J. i. Ma. xi. Ma. iii. L. xiii. vi.
Ego quidem aqua baptizo uos. ueniet autem fortior me.
cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum
ei. Ipse uos baptizabit in spiritu sancto et igni.
Cuius uentilabrum in manu eius. et purgabit aream suam Le xi. J. v. Ma. xii.

L. xii.
M. c. xlviii.
Ar. L. viii.

& congregabit triticum in horreum suum. paleas aut conburet
igni inextinguibili. Multa quidem & alia exhortans euange
lizabat populo. Herodes autem tetrarcha cum corriperetur ab
illo de herodiade uxore fratris sui & de omnibus malis que fe
cit herodes adiecit & hoc super omnia & inclusit iohannem
in carcere.

L. xiii
M. xiiii.
Ar. v.
L. xv.

Factum est autem cum baptizaretur omnis
populus. & ihu baptizato & orante. apertum est celum. & descendit
spiritus sanctus. corporali specie. sicut columba in ipsum. & uox de celo
facta est. Tuus filius meus dilectus in te conplacuit. michi.

L. xiii
M. i. iiii.
L. xiii & v.

Et ipse ihc erat incipiens quasi annorum triginta. ut pu
tabatur filius ioseph.

Qui fuit heli. Qui fuit matabath. Qui fuit naggai.
Qui fuit levi. Qui fuit maath. Qui fuit melchi.
Qui fuit mathathie. Qui fuit iannai. Qui fuit semei.
Qui fuit ioseph. Qui fuit iosech.
Qui fuit matthathie Qui fuit ioda.
Qui fuit amos. Qui fuit iohanna.
Qui fuit naum Qui fuit resa.
Qui fuit horobabel. Qui fuit nathan.
Qui fuit Salathiel. Qui fuit David.
Qui fuit Ner Qui fuit Iesse.
Qui fuit Melchi Qui fuit Obed.
Qui fuit Addi. Qui fuit Booz.
Qui fuit Cosan. Qui fuit Salmon.
Qui fuit Helmadan. Qui fuit Naason.
Qui fuit Her. Qui fuit Aminadab.
Qui fuit Hiesu Qui fuit Aram.

Qui fuit Eliezer. Qui fuit Effrem.
Qui fuit Iorim. Qui fuit Phares.
Qui fuit Matthad. Qui fuit Iuda.
Qui fuit Leui. Qui fuit Iacob.
Qui fuit Simeon. Qui fuit Isaac.
Qui fuit Iuda. Qui fuit Abrahe.
Qui fuit Ioseph Qui fuit Thare.
Qui fuit Iona. Qui fuit Nachor.
Qui fuit Heliacim. Qui fuit Seruch.
Qui fuit Melea. Qui fuit Ragau.
Qui fuit Menna. Qui fuit Falech.
Qui fuit Mattatha. Qui fuit Eber.
Qui fuit Sale. Qui fuit Cainan.
Qui fuit Arfaxat Qui fuit Sem.
Qui fuit Noe. Qui fuit Iamech.
Qui fuit Mathusale. Qui fuit Enoch.
Qui fuit Iared. Qui fuit Malaleel.
Qui fuit Cainan. Qui fuit Enos.
Qui fuit Seth. Qui fuit Adam.
Qui fuit D E I.

Hic aut̃ plenus spū sc̃o regressus ē a iordane
& agebatur in spū in deserto diebus quadraginta & tem
pt̃atur a diabolo. Et nichil manducauit in diebus
illis & consummatis illis esuriit. Dixit aut̃ illi diabolus.
Si filius dei es dic lapidi huic ut panis fiat. Et respondit
ad illum ihc. Scriptum ē quia non in pane solo uiuit ho
mo sed in omni uerbo dei. Et duxit illum diabolus in montē altissimū & osten

Luc xv
Mat xv ii.
Mar vi
IIII.
xvi
Mat xvi. Iv.

dit illi omnia regna orbis terre in momento temporis. & ait
ei. Tibi dabo potestatem hanc uniuersam & gloriam illorum.
quia michi tradita sunt & cui uolo do illa. Tu ergo si ado
raueris coram me. erunt tua omnia. Et respondens ihc. dixit
illi. Scriptum est. dnm dm tuum adorabis. & illi soli seruies.
Et duxit illum in ierusalem. & statuit eum supra pinnam
templi; & dixit illi. Si filius di es. mitte te hinc deorsum.
Scriptum est enim. quod angelis suis mandauit de te ut
conseruent te. & quia in manibus tollent te ne forte offen
das ad lapidem pedem tuum. Et respondens ihc. ait illi. Dic
tum est. non temptabis dnm dm tuum. Et consummata omni
temptatione. diabolus recessit a illo usq; ad tempus.

Lxvii. Et regressus est ihc in uirtute spi in galileam. & fama exiit
M. xxiii. per uniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis
M. xxvii. eorum. & magnificabatur a omnibus.
l. xl. vi.

Et uenit nazareth ubi erat nutritus. & intrauit, secdm consuetu
Lxviii dinem sua die sabbati in synagogam. & surrexit legere.
x. Et traditus est illi liber prophete esaie. Et ut reuoluit librum.
Sol. inuenit locum ubi scriptum erat. Spi dni sup me. pp quod
unxit me euangelizare pauperibus misit me. sanare
contros corde. et predicare captiuis remissionem & cecis uisum. Dimittere con
fractos in remissionem predicare annum dni acceptum.
& diem retributionis. Et cum plicuisset librum. reddidit ministro.
& sedit. & omnium in synagoga oculi erant intendentes in
eum. Cepit autem dicere ad illos. Quia hodie impleta est
hec scriptura in auribus uris.

Lxviii Et omnes testimonium illi dabant. & mirabantur in
M. cxli. l. J.
M. l.
l. lviii.

uerbis grē que procedebant de ore ipsius. & dicebant. Nonne
hic est filius ioseph. Et ait illis. Vtique dicetis mihi hanc
similitudinem. medice cura te ipsum. quanta audiuimus
facta in capharnaum. fac & hic in patria tua.
Ait autē. Amen dico uobis. quia nemo ppha acceptus est
in patria sua. In ueritate dico uobis. multe uidue erant
in diebus helie in israel. quando clausum ē cēlum annis tribus
& mensibus sex. Cum facta ēt fames magna in omni tra.
& ad nullam illarum missus ē helias. nisi in sarepta sidonie
ad mulierem uiduam. Et multi lepsi erant in israel sub heliseo
propha. & nemo eorum mundatus ē nisi naman syrus.
Et repleti sunt omnes in synagoga ira. hec audientes. Et sur
rexerunt. & eiecerunt illum extra ciuitatem. & duxerunt
illum usq; ad supercilium montis. super quem ciuitas ille erat
edificata. ut precipitarent eum. Ipse autem transiens. p
medium illorum ibat. Et descendit in capharnaum
ciuitatem galilee. ibiq; docebat illos sabbatis.
Et stupebant in doctrina eius. quia in potestate erat ser
mo ipsius. Et in synagoga erat homo. habens demonium
immundum. & exclamauit uoce magna dicens. sine. qd
nobis & tibi ihu nazarene. ijenisti pdere nos. Scio te. qui
sis sēs di. Et increpauit illū ihc. dicens. Obmutesce. & exi ab illo.
Et cum precisset illum demonium in medium. exiit ab illo
nichilq; illum nocuit. Et factus ē pauor in omnib. & con
loquebantur ad inuicem dicentes. Quid ē hoc uerbum. quia
in potestate & uirtute imperat immundis spiritibus &
exeunt. Et diuulgabatur fama de illo in omnem locū

Luc. xx
·x.
Sol.

Lē xxi
1.
M clxii.
M Li.
L. xxxy.

L. xcii
·x.
Sol.

Lē xxiii
viii.
M xii

Lē xxiiii
·1.
M Lxx u

M. xiii. viii.

Lē xxv.
M xiii.

Le xxvi. Ju. Mc levii. Mc xv.

regionis. Surgens autem de synagoga introiuit in domum
symonis. Socrus autem symonis tenebatur magnis febribus,
& rogauerunt illum pro ea. Et stans sup illam imperauit
febri. & dimisit eam, & continuo surgens ministrabat illis.
Cum sol autem occidisset omnes qui habebant infirmos
uariis languoribus ducebant illos ad eum. At ille singulis
manus imponens curabat eos

Cxxvii. J viii. Mc vi. yxxviii.

Exibant autem demonia a multis clamantia & dicentia. Quia
tues filius di. Et increpans non sinebat ea loqui. quia sciebant
ipsum esse xpm. Facta autem die egressus ibat in desertum
locum in desertum locum. Et turbe requirebant eum. & ue
nerunt usq; ad ipsum. & detinebant illum ne discederet abes.
Quib; ille dixit. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euange
lizare regnum di. quia ido missus sum. Et erat predicans
in synagogis galileq.

L xxviii. J viii.

Factum e autem cum turbe ir
ruerent in eum ut audirent uerbum di. & ipse stabat se
cus stagnum genesareth. Et uidit duas naues stantes secus
stagnum, piscatores autem descenderant. & lauabant rete.

x. Sol.

Ascendens autem unam naum que erat symonis. rogauit eum
a terra reducere pusillum. & sedens docebat de nauicula
turbas. Ut cessauit autem loqui dixit ad simonem. Duc
in altum. & laxate rete ura in capturam. Et respondens sy
mon. dixit illi. Preceptor per totam noctem laborantes nichil
cepimus. in uerbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fe
cissent. conclusserunt piscium multitudinem copiosam.
Rumpebatur autem rete eorum. & annuerunt sociis qui erant
in alia naui. ut uenirent & adiuuarent eos. Et uenerunt.

Le xxx. L. cc. xviii. y cc. xxii.

& implebantur ambas nauiculas ita ut merguntur. Lc xxxi.

Quod cum uidisset symon petrus. cecidit ad genua ihu dicens. Exi a me quia homo peccator sum dne. Stupor enim cir cumdederat eum & omnes qui cum illo erant in capitura piscium quam ceperant. Similiter autem iacobum & io hannem filios zebedei qui erant socii symonis. ℣ .x. sol.

Et ait ad symonem ihs. Noli timere. ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus. relictis omnib' secuti sunt illum. Lc xxxii. ℣ .ii. ℣ M xxi. ℣ M x.

Et factum est cum esset in una ciuitatum. & ecce uir plenus lepra. & uidens ihm. & cadens in faciem rogauit eum dicens. Dne si uis potes me mundare. Et ex tendens manum. tetigit illum dicens. Volo. mundare. Et confestim lepra discessit a illo. Et ipse precepit illi. ut nemi ni diceret. sed uade ostende te sacerdoti. & offer pro munda tione tua sicut precepit moyses in testimonium illis. Lc xxxiii. ℣ .ii. ℣ M xxiii. M xxvii. L. xl vi.

Perambulabat autem magis sermo de illo. & conueniebant turbe multe ut audirent eum & curarentur ab infirmita tibus suis. Ipse autem secedebat in desertum. & orabat. Lc xxxiv ℣ .ii. ℣ M clxviii M Lvi. Lc xxxvi. ℣ .ii. ℣ M cl iii. M Lviii.

Et factum est in una dierum. & ipse sedebat docens. Et erant pharisei sedentes & legis doctores. qui uenerant ex omni castel lo galilee & iudee & ierusalem. & uirtus dni erat ad sanandu eos. ℣ .v.

Et ecce uiri portantes in lecto hominem qui erat paraly tus. & querebant eum inferre & ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent pre turba. ascenderunt super tectum. & per tegulas summiserunt illum cum lecto in me dium ante ihm. Quorum fidem ut uidit. dixit. Homo. re mittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt cogitare scribe & Lc xxxvii. ℣ .ii. ℣ M. Lxx. M xx. L. xxxviii.

pharisei dicentes. Quis hic ē qui loquitur blasphemias. Quis
potest dimittere peccata nisi solus ds. Vt cognouit autē ihc
cogitationes eorum respondens dixit ad illos. Quid cogita
tis in cordibus uris. Quid ē facilius dicere dimittuntur tibi
peccata an dicere surge & ambula. Vt autē sciatis quia fi
lius hominis potestatem habet in terra dimittere peccata.
Ait paralytico. Tibi dico surge tolle lectum tuum. & ua
de in domum tuam. Et continuo surgens coram illis
tulit in quo iacebat & abiit in domum suam magnificans
dm. Et stupor adprehendit omnes & magnificabant dm.
& repleti sunt timore dicentes. quia uidimus mirabilia ho
die. Et post hec exiit & uidit publicanum nomine
leui sedentem ad theloneum. & ait illi. Sequere me. Et re
liquis omnibus surgens secutus eum est.

Et fecit ei conuiuium magnum leui in domo sua. & erat
turba multa publicanorum & aliorum qui cum illis
erant discumbentes. Et murmurabant pharisei eorū
& scribe eorū dicentes ad discipulos eius. Quare cum publi
canis & peccatoribus manducatis & bibitis.

Et respondens ihc dixit ad illos. Non egent qui sani sunt
medico sed qui male habent. Non ueni uocare iustos sed pec
catores in penitentiam. At illi dixerunt ad eum. Quare dis
cipuli iohannis iaunant frequenter & obsecrationes faciunt.
similiter & pharisaeorum. tui autē edunt & bibunt. Quib
ipse ait. Numquid potestis filios sponsi dum cum illis ē
sponsus facere iaunare. Venient autem dies. cum abla
tus fuerit ab illis sponsus. tunc iaunabunt in illis diebus.

Feria VIII
M. Lec. 11.
M. xiii.

Feria VIII
M. Lec. 11.
M. xiii.

Feria. 11.
M. Lec. III.
M. xiii.

LVCE.

Dicebat autem & similitudinem adillos. Quia nemo commissu
ram auctimento nouo immittit in uestimentū uetus. Alioquin
& nouum rumpit. & ueteri non conuenit commissura a nouo.
Et nemo mittit uinum nouum in utres ueteres. Alioquin rū
pet uinum nouum utres. & ipsum effundetur. & utres peribunt.
sed uinum nouum in utres nouos mittendum est. & utraq; con
seruantur. & nemo bibens uetus. statim uult nouum. Dicit
enim. uetus melius est. Factum est autem in sabbato secō
primo. cum transiret per sata. uellebant discipuli eius spicas &
manducabant confricantes manibus. Quidam autem pha
riseorum dicebant illis. Quid facitis quod non licet in sabbatis.
Et respondens ihc. ad eos dixit. Nec hoc legistis quod fe
cit dauid. cum esuriret ipse & qui cum eo erant. quomodo
intrauit in domum dei. & panes ꝓpositionis sumpsit & man
ducauit. & dedit his qui cum ipso erant. quos non licet man
ducare nisi tantum sacerdotibus. Et dicebat illis. Quia dnus est
filius hominis. etiam sabbati. Factum est autem & in alio sab
bato. ut intraret in synagogam & doceret. Et erat ibi homo. &
manus eius dextera erat arida. Obseruabant autem scribe &
pharisei. si in sabbato curaret. ut inuenirent unde accusa
rent eum. Ipse uero sciebat cogitationes eorum. & ait ho
mini qui habebat manū aridam. Surge. & sta in medium.
Et surgens stetit. Ait autem ad illos ihc. Interrogo uos. si
licet sabbatis bene facere. an malefacere. Animā saluam facere an
perdere. Et circumspectis omnib. dixit homini. Extende ma
num tuā. Et extendit. & restituta est manus eius. Ipsi autem
repleti sunt insipientia. & conloquebantur ad inuicem. quid

Lē xl. ·II·
M cxiii.
M xviii.

Lē xlii. ·II·
M cxvi.
M xxv

Lē xl iii. .ii.
M. cxl viii
M. Lxvi.

nam facerent ihu. Factum ē aut in illis diebus. & exiit in
montem orare. & erat pernoctans in oratione dei.

Lē xl iiii
M. Lxxx .ii.
M. xxxv

Et cum dies factus est. uocauit discipulos suos. & elegit duode
cim ex ipsis. quos & apostolos nominauit. Symonem quem
cognominauit petrum. & andream fratrem eius. Iacobum &
iohannem. Philippum. Bartholomeum. Matheum. & thomam.
Iacobum alphei. & symonem qui uocatur zelotes. Iudam ia
cobi. & iudam scariothe qui fuit proditor.

Le xl v.
M. xxxiii .i.
M. xxxvii.
I. xl vi

Et descendens cum illis stetit in loco campestri. & turba dis
cipulorum eius. & multitudo copiosa plebis. ab omni iudea
& ierusalem. & maritima. & tyri & sydonis. qui uenerant
ut audirent eum. & sanarentur a languoribus suis. Et qui
uexabantur a spiritib; inmundis. curabantur. Et omnis
turba querebat eum tangere. quia uirtus de illo exibat. &
sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos.

Lē xl vi
M. xxxv. .v.

dicebat. Beati pauperes. quia uestrum est regnum dei.

Lē xl viii.
M. xlv .v.

Beati qui nunc esuritis. quia saturabimini.

Lē xl viii
M. xxxviii. .v.

Beati qui nunc fletis. quia ridebitis.

Lē xl viii.
M. xxxv. .v.

Beati estis cum uos oderint homines. & cum separauerint
uos & exprobrauerint. & ejecerint nomen uestrum tamquam ma
lum. propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate ecce
enim merces uestra multa est in celo. Secundum hec enim faciebant
prophetis patres eorum. Verumtamen ue uobis diuitibus.

Lē .L.
.x.
sol.

quia habetis consolationem uestram. Ue uobis qui saturati
estis. quia esurietis. Ue uobis qui ridetis nunc. quia luge
bitis & flebitis.

Lē .L.
.x.
sol.

Ue cum bene uobis omnes homines
dixerint. secundum hec faciebant pseudoprophetis patres eorum.

LVCE.

Sed uobis dico qui audistis. Diligite inimicos uros. bene facite his
qui uos oderunt. Benedicite maledicentibus uobis. Orate pe calu
niantibus uos. Et qui te percutit in maxillam. prebe et alteram.
Et abeo qui auferit tibi uestimentum. et iam tunicam noli p
hibere. Omni autem petenti te tribue. Et qui auferit que tua s.
ne repetas. Et pro ut uultis ut faciant uobis homines. et uos
facite illis similiter. Et si diligitis eos qui uos diligunt. quę
uobis est gra. Nam et peccatores diligentes se diligunt. Et si bene
feceritis his qui uobis benefaciunt. quę uobis est gra. siquidem
et peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his quibus
speratis recipere. quę gra ē uob. Nam et peccatores peccatoribus
fenerantur. ut recipiant equalia. Verumtamen diligite inimi
cos uros et benefacite. et mutuum date. nichil inde sperantes.
et erit merces ura multa. Et eritis filii altissimi quia ipse be
nignus ē sup ingratos et malos. Estote ergo misericordes. sicut
et pater ur misericors est. Nolite iudicare. et non iudica
bimini. Nolite condempnare. et non condempnabimini. Di
mittite. et dimittemini. Date. et dabitur uobis. Mensuram
bonam et confertam et coagitatam et sup effluentem. dabunt
in sinum urm. Eadem uero mensura qua mensi fueritis. rete
tetur uobis. Dicebat autem illis et similitudinem. Numquid
potest cecus cecum ducere. Nonne ambo in foueam cadunt.
Non est discipulus sup magistrum. Perfectus autem omnis
erit. si sit sicut magister eius. Quid autem uides festucam in
oculo fris tui. trabem autem quę in oculo tuo est non con
sideras. Aut quomodo potes dicere fris tuo. frater sine ea
am festucam de oculo tuo. ipse trabem in oculo tuo non ui

Lc. Lii. :x.J sol.
M xl.
Liii.
M xxxviii. :v.J

Lc Liiii. :v.J
M Liiii. v.J

Lc Lv.
M xli. :v.J

Lvi Lvi.
M l. :ii.J
M xli.

Lvii Lvii. v.
M cl vi.

Lviii Lviii.
M xc. :iii.J
l cxviii &
cxxxviii.

Lviiii Lviiii
M Li. v.J

uidens. Hypocrita eice primum trabem de oculo tuo. & tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui. Non est enim arbor bona quæ facit fructus malos. neq; arbor mala faciens fructum bonum. Una quæq; enim arbor de fructu suo cognoscitur: Neq; enim de spinis colligunt ficus. neq; de rubo uindemiant uuas. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum. Et malus homo de malo thesauro profert malum. Ex habundantia enim cordis os loquitur. Quid autem uocatis me dne dne. & non facitis quæ dico. Omnis qui uenit ad me & audit sermones meos & facit eos. ostendam uobis cui similis sit. Similis est homini ædificanti domum. qui fodit in altum & posuit fundamenta supra petram. Inundatione autem facta illisum est flumen domui illi. & non potuit eam mouere. Fundata enim erat super petram. Qui autem audiuit & non fecit. similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento. In qua illisus est fluuius & continuo cecidit. & facta est ruina domus illi magna. Cum autem implesset omnia uerba sua in aures plebis. intrauit capharnaum. Centurionis autem cuiusdam seruus malo habens. erat morituus. qui erat illi pretiosus. Et cum audisset de ihu. misit ad eum seniores iudeorum. rogans eum ut uenisset & saluasset seruum eius. At illi cum ueniissent ad ihm. rogabant eum sollicite dicentes ei. Quia dignus est ut hoc illi prestes. Diligit enim gentem nram. & sinagogam ipse ædificauit nobis. Ihc autem ibat cum illis. Et cum iam non longe esset a domo. misit ad eum centurio amicos dicens. Dne noli uexari, non enim dignus sum ut subtectum meum intres. Propter quod & me ipsum non sum dignum arbitratus. ut

Lc Lv M Lviii. V.

Lc Lvi. M Lviii. V.

Lc Lvii. M cxxxv V.

Lc Lviii M Lviiii. III. L. cxvi.

Lc Lviiii. M Lxi. V.

Lc Lxv. M Lxiii. L. xxxvii. III.

FVI.

uenirem adte: sed dic uerbo: & sanabitur puer meus. Nam & ego
homo sum sub potestate constitutus: habens sub me milites. Et
dico huic uade: & uadit. Et alio uenl: & uenit. Et seruo meo.
fac hoc: & fac. Quo audito ihe: miratus e: & conuersus: sequen
tib' se turbis dixit: Amen dico uobis: non inuenl tantam fi
dem in isrl. Et reuersi qui missi fuerant domum: inuenerunt
seruum qui languerat: sanum. Et factum est deinceps:
ibat in ciuitatem que uocatur naim: & ibant cum illo dis
cipuli eius: & turba copiosa. Cum aut adpropinquaret
porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius unicus matris
sue: Et hec uidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa.
Quam cum uidisset dns: mia motus sup eam: dixit illi. Noli
flere. Et accessit: & tetigit loculum. Hi aut qui portabant
steterunt. Et ait. Adolescens: tibi dico surge. Et resedit qui erat
mortuus: & cepit loqui: & dedit illum matri sue. Accepit
aut omes timor: & magnificabant deum dicentes: Quia p
pha magnus surrexit in nob: & quia ds uisitauit plebem
suam. Et exiit hom hic sermo in uniuersam iudeam de
e: & omnem circa regionem. Et nunciauerunt iohanni
discipuli eius de omnib' his: & conuocauit duos de discipulis
suis iohannes: & misit ad ihm dicens: Tues qui uenturus es: ana
lium expectamus. Cum autem uenissent ad eum uiri: dixe
runt. Iohannes baptista misit nos ad te dicens: Tues qui
uenturus es: an alium expectamus. In ipsa aut hora curauit
multos a languoribus: & plagis: & spiritib; malis: & cecis is
multis donauit uisum. Et respondens: dixit illis: Euntes nun
ciate iohanni que uidistis: & audistis: quia ceci uident. clau

Luc. Lxvi
M. Levi. V.
Luc. Lxvii
.x.
Luc. Lxviii
.x. sol
Luc. Lxviii
M. c. u. V.

di ambulant. lepli mundantur: surdi audiunt. mortui re
surgunt. pauperes euangelizantur: Et beatus ē. quicumq;
ñ fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuntii
iohannis. cepit dicere de iohanne ad turbas. Quid existis in
deserto uidere. harundinem uento mouen. S; quid existis uidere.
hominem mollibus uestimentis indutum. Ecce qui in ueste
pretiosa sunt & deliciis. in domibus regum sunt. S; quid existis
uidere. ppheam. etiam dico uobis. & plusquam propheam.
Hic est de quo scriptum ē. Ecce mitto angelum meum ante faciem
tuam. qui preparabit uiam tuam ante te.
Dico enim uobis. maior inter natos mulierum ppheta
iohanne baptista nemo ē. Qui aut minor ē. in regno dei.
maior ē illo. Et omnis populus audiens & publicani
iustificauerunt deum. baptizati baptismo iohannis. Pha
risei autem & legis periti. consilium dei spreuerunt in semetipsos.
non baptizati ab eo. Cui ergo similes dicam homines ge
nerationis huius. & cui similes sunt. Similes sunt pueris se
dentibus in foro. & loquentibus adinuicem & dicentib; Can
tauimus uobis tybiis & non saltastis. lamentauimus. & non
plorastis. Venit enim iohannes baptista neq; manducans
panem. neq; bibens uinum. & dicitis; demonium habet. Venit
filius hominis manducans & dicitis. Ecce homo deuorator
& bibens uinum. amicus publicanorum & peccatorum; &
iustificata ē sapientia ab omnib' filiis suis.
Rogauit autem illum quidam de pharisei. ut manducaret
cum illo. Et ingressus domum pharisei discubuit. Et ecce
mulier que erat in ciuitate peccatrix. ut cognouit quod ac

Ad Luc.
M. cm. ii.
M. l.

Ad Luc.
M cm. v.

Ad Luc.
x.
sol.

Ad Luc.
M cvii. vi.

Ad Luc.
M ccl xxvi.
M. cl viii.
Lxxviii.

L v cc.

cubuit indomo pharisei. attulit alabastrum unguenti; & stans
retro secus pedes eius lacrimis cepit ____ rigare pedes eius. & capil
lis capitis sui tergebat. & osculabatur pedes eius. & unguento un
gebat. Videns autem pharisaeus qui uocauerat eum. ait intra
se dicens. Hic si esset ppheta. sciret utique quis & qualis mulier est
que tangit eum. quia peccatrix est. Et respondens ihesus. dixit
ad illum. Symon. habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Ma
gister dic. Duo debitores erant cuidam feneratori. Unus de
bebat denarios quingentos. alius quinquaginta. Non haben
tibi illis unde redderent. donauit utrisque. Quis ergo eum plus
diligit. Respondens symon. dixit. Estimo. quia is cui plus do
nauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulie
rem. dixit symoni. Uides hanc mulierem. Intraui in domum
tuam. aquam pedibus meis non dedisti. hec autem lacrimis ri
guerunt pedes meos. & capillis suis tersit. Osculum michi non
dedisti. hec autem ex quo intrauit non cessauit osculari pedes
meos. Oleo caput meum non unxisti. hec autem unguento un
xit pedes meos. Propter quod dico tibi. remittuntur ei peccata
multa. quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur.
minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata.
Et ceperunt qui simul accumbebant. dicere intra se. Quis est
hic. qui etiam peccata dimittit. Dixit autem ad mulierem.
Fides tua te saluam fecit. uade in pace.

Et factum est deinceps. & ipse iter faciebat per ciuitates & ca
stella. predicans & euangelizans regnum dei. & duodecim cum
illo. & mulieres aliquee quae erant curatae a spiritibus malig
nis & infirmitatibus. Maria quae uocatur magdalene

Lectio Lxxv.

.x. V.

sol.

de qua septem dæmonia exierant. Et iohanna uxor chuzæ p
curatoris herodis. & susanna. Et alie multe que ministrabant
ei de facultatibus suis.

Lectio xvi
M. cxxxvi. II.
M. xxxvi

Cum autem turba plurima conueniret & de ciuitatibus
festinarent ad eum. dixit per similitudinem. Exiit qui seminat.
seminare semen suum. Et dum seminat. aliud cecidit secus uia
am & conculcatum est. & uolucres celi comederunt illud. Et
aliud cecidit super petram. & natum aruit. quia non habebat
humorem. Et aliud cecidit inter spinas. & simul exorte spi
ne. suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam. & ortum
fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat. Qui habet au
res audiendi audiat. Interrogabant autem eum. discipuli eius.
que esset hæc parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse
mysterium regni dei. Ceteris autem in parabolis. ut uidentes
non uideant & audientes non intelligant. Est autem hæc para
bola. Semen. est uerbum dei. Qui autem secus uiam sunt. hi sunt
qui audiunt. Deinde uenit diabolus. & tollit uerbum de cor
de eorum. ne credentes salui fiant. Nam qui super petram. qui
cum audierint cum gaudio suscipiunt uerbum. Et hi radices
non habent. qui ad tempus credunt. & in tempore tentationis
recedunt. Quod autem in spinis cecidit. hi sunt qui audierunt. &
a solicitudinibus & diuitiis & uoluptatibus uitæ euntes suffocan
tur. & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram.
hi sunt qui in corde bono & optimo audientes uerbum re
tinent & fructum afferunt in patientia.

Lectio xvii. I.
M. cxxxvii.
M. xxxvii.
L. cviii.

Lectio xviii. II.
M. cxxxv.
M. xxxviii.

Nemo autem lucernam accendens operit eam uase. aut subtus
lectum ponit. sed super candelabrum ponit. ut intrantes

Lectio xviii II.
M. xxxii.
M. xxxviii.

lumen uideant. Non enim est occultum quod non manifestetur: nec abscondtum quod non cognoscatur: & in palam uenat. Videat ergo quomodo audtis. qui enim habet dabitur illi. Et quicumq; non habet etiam qd putat se habere auferetur a illo. Venerunt ad illum autem mater & frres eius. & non poterant adire ad eum pre turba. Et nuntiatum est illi. mater tua & fratres tui stant foris uolentes te uidere. Qui respondens dixit ad eos. Mater mea & frres mei hi sunt. qui uerbum dei audiunt & faciunt. Factum est autem in una dierum. & ipse ascendit in nauiculam & discipuli eius. Et ait ad illos. Transfretemus trans stagnum. & ascenderunt. Navigantibus autem illis obdormiuit. Et descendit procella uenti in stagnum. & complebantur & periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum dicentes. Preceptor perimus. At ille surgens increpauit uentum & tempestatem aquae & cessauerunt. Et facta est tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi est fides uestra. Qui timentes mirati sunt ad inuicem dicentes. Quis putas hic est. Quia & uentis imperat & mari. & obediunt ei. Enauigauerunt autem ad regionem gerasenorum. quae est contra galileam. Et cum egressus esset ad terram. occurrit illi uir quidam qui habebat demonia iam temporibus multis. & uestimento non induebatur. neq; in domo manebat. sed in monumentis. Et ut uidit iesum procidit ante illum. Et exclamans uoce magna dixit. Qd mihi & tibi est iesu fili dei altissimi. Obsecro te. ne me torqueas. Precipiebat enim spiritui immundo ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum. & uinciebatur catenis & compedibus custoditus. Et ruptis uinculis agebatur

Luc Lectio. ii. M. xlii. Mt. xl.

Luc Lectio v. M. cxxxiii

Luc Lectio. ii. M. cxxx. Mt. xxxv.

Luc Lectio iii. M. Lxviii. Mt. xl vii.

aderemo indeserta. Et interrogauerunt autem illum ihc. dicens.
Quid tibi nomen est. At ille dixit, legio. Quia intrauerunt de
monia multa in eum. Et rogabant illum ne imperaret illis ut
in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum pas
centium in monte. Et rogabant eum ut permitteret eis in illos
ingredi. & permisit illis. Exierunt ergo demonia ab homine. & in
trauerunt in porcos. Et impetu abiit grex per preceps in stagnum.
& suffocatus est. Quod ut uiderunt facium. qui pascebant. fu
gerunt. & nunciauerunt in ciuitatem & in uillas. Exierunt autem
uidere qd factum est. & uenerunt ad ihm. Et inuenerunt homi
nem sedentem. a quo demonia exierant uestitum & sana men
te ad pedes eius. & timuerunt. Nunciauerunt autem illis. & qui ui
derant. quomodo sanus factus est a legione. Et rogauerunt
illum omnis mutitudo regionis gerasenorum ut discederet
a ipsis. quia timore magno tenebantur.

Et lectum
Mt vel viii. VIII.

Ipse autem ascendens nauim. reuersus est. Et rogabat illum uir
a quo demonia exierant. ut cum eo esset. dimisit autem eum ihc dicens.
Redi domum tuam. & narra quanta tibi fecerit ds. Et abiit peni
uersam ciuitatem. predicans quanta illi fecisset ihc.

Et lectum
Mt Lectum
Mt vel viii.

VII.

Factum autem est cum redisset ihc. excepit illum turba. erat
enim omnis expectantes eum. Et ecce uenit uir cui nomen iairus.
& ipse princeps synagoge erat. Et cecidit ad pedes ihu. rogans
eum ut intraret in domum eius. quia filia unica erat illi. fere
annorum duodecim. & hec moriebatur. Et contigit dum ire.
eum turbe comprimebatur. Et mulier quedam erat in fluxu sangui
nis a annis duodecim. que in medicos erogauerat omnem sub
stantiam suam. nec a nullo potuit curari. Accessit retro. & tetigit

fimbriam uestimenti eius. Et continuo stetit fluxus sanguinis eius.
Et ait ihe. Quis est qui me tetigit. Negantibus autem omnibus di
xit petrus & qui cum illo erant. Praeceptor turbe te comprimunt
& affligunt. & dicis quis me tetigit. Et dixit ihe. Tetigit me ali
quis. Nam & ego noui uirtutem de me exisse. Videns autem
mulier quia non latuit. tremens uenit & procidit ante pedes
illius. & obquam causam tetigerit eum indicauit eum coram
omni populo. & quemadmodum continuo sanata sit. At
ipse dixit illi. Filia fides tua te saluam fecit. uade in pace. Ad
huc illo loquente. uenerunt a principe synagoge dicentes ei. Quia
mortua est filia tua noli uexare illum. Ihe autem audito
hoc uerbo. respondit patri puellae. Noli timere. crede tantum
& salua erit. Et cum uenisset ad domum. non permisit intrare secum
quemquam nisi petrum & iacobum. & iohannem & patrem
& matrem puellae. flebant autem omnes. & plangebant illam. At
ille dixit. Noli flere. non enim mortua est. sed dormit. Et deridebant puella.
illum scientes quia mortua erat. Ipse autem tenens manum
eius. clamauit dicens. Puella surge. Et reuersus est spiritus eius. & sur
rexit continuo. & iussit illi dari manducare. Et stupuerunt
parentes eius. quibus precepit ne alicui dicerent quod factum erat.
Conuocatis autem duodecim apostolis. dedit illis uirtutem & potestatem
super omnia demonia. & ut languores curarent. & misit
illos predicare regnum dei. & sanare infirmos.
Et ait ad illos. Nihil tuleritis in uia. neque uirgam. neque peram.
neque panem. neque pecuniam. neque duas tunicas habeatis. Et in
quamcumque domum intraueritis. ibi manete & inde ne ex
eatis. Et quicumque non receperint uos. exeuntes deuentate

Lectio .II. Mi Lectio VIII. Me Lectio VIII.

VIII. Lectio VII II. Mi Lectio III Me I

Lectio VIII. Mi Lectio V. Me .L. v.

Lectio
M.l.xi. VIII.

illa etiam puluerem pedum uestrorum excutite testimonium super illos. Egressi autem circuibant castella euangelizantes et curantes ubique. Audiuit autem herodes tetrarcha omnia quæ fiebant abeo. et hesitabat eo quod dicerentur aquibusdam. quia iohannes surrexit amortuis. aquibusdam uero. quia helias apparuit. Alijs autem quia prophetha unus de antiquis surrexit. Et ait herodes. Iohannem ego decollaui. Quis autem est iste. de quo ego audio talia. Et quærebat uidere eum.

Lectio
M.l.xi. VIII.

Et reuersi apostoli. narrauerunt illi quæcumque fecerunt. Et assumpsit illos. secessit seorsum in locum desertum qui est bethsaida. Quod cum cognouissent turbæ. secutæ sunt eum. Et excepit illos. et loquebatur illis de regno dei. et eos qui cura indigebant sanabat. Dies autem cœperat declinare. et accedentes duodecim. dixerunt illi. Dimitte turbas. ut euntes in castella uillasque quæ circa sunt diuertant et inueniant escas. quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos. Ipsi date illis manducare. At illi dixerunt. Non sunt nobis plusquam quinque panes et duo pisces. Nisi forte nos eamus et emamus in omnem hanc turbam escas. Erant autem fere uiri quinque milia. Ait autem ad discipulos suos. Facite illos discumbere per contubernia. quinquagenos. Et ita fecerunt. et discubuerunt omnes. Acceptis autem quinque panibus et duobus piscibus. respexit in cœlum et benedixit illis et fregit. et distribuit discipulis suis ut ponerent ante turbas. Et manducauerunt omnes. et saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis fragmentorum cophini. duodecim.

Lectio
M.l.xi. IIII.

Et factum est cum esset solus et orans. erant cum illo discipuli. Et interrogauit illos dicens. Quem me dicunt esse turbæ. At illi re

sponderunt & dixerunt. Iohannem baptistam. Alii autem heliam.
alii quia ppha unus de prioribus surrexit. Dixit autem illis. Vos
autem quem me esse dicitis. Respondens simon petrus dixit. xpm
filium dei. Et ille minans illos precepit ne cui dicerent. hoc
dicens. Quia oportet filium hominis multa pati & reprobari
a senioribus & principibus sacerdotum & scribis & occidi. &
tertia die resurgere. Dicebat autem ad omes. Si quis uult post
me uenire abneget se ipsum & tollat crucem suam cotidie &
sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere.
perdet illam. Nam qui perdiderit animam suam pter me. saluam
faciet illam. Quid enim proficit homo si lucretur uniuersum
mundum. se autem ipsum perdat & detrimentum sui faciat.
Nam qui me erubuerit & meos sermones. hunc filius hominis
erubescet cum uenerit in maiestate sua & patris & scorum
angelorum. Dico autem uobis. Sunt aliqui hic stantes
qui non gustabunt mortem. donec uideant regnum dei.

Factum est autem post hec uerba fere dies octo. & assumpsit
petrum & iacobum & iohannem & ascendit in montem
ut oraret. Et factum est dum oraret. species uultus eius altera. &
uestitus eius albus. refulgens. Et ecce duo uiri loquebantur cum illo.
Erant autem moyses & helias uisi in maiestate. & dicebant excessum
eius quem completurus erat in ierusalem. Petrus uero & qui cum illo
erant grauati erant somno. & euigilantes uiderunt maiestatem
eius. & duos uiros qui stabant cum illo. Et factum est dum dis
cederent a illo. ait petrus ad ihesum. Preceptor bonum est nos hic
esse. & faciamus tria tabernacula unum tibi. & unum moysi.
& unum helie. nesciens quid diceret. Hec autem illo loquente. fa

Le xcv. ii.
M clxxxi.
M Lxxxv. iii.

Le xcvi. ii.
M clxxx
M Lxxxvi.

Le xcvii. ii.
M cliii.
M Lxxxvi.

Le xcviii. ii.
M clxxii.
M Lxxxvii.

Le xcix. ii.
M clxxi.
M Lxxxviii.

Ferie VIIII.

ta ē nubes & obumbrauit eos. & timuerunt. Intrantibus illis innu
bem. Et uox facta ē de nube dicens. Hic ē filius meus dilectus. ipsum
audite. Et dum firet uox. inuentus ē ihe solus. & ipsi tacuerunt. &
nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quę uiderant.

L. xcvm .ii.
M. dxcvm
M. xc i.

Factum ē autem in sequenti die. descendentib' illis de monte. occur
rit illi turba multa. Et ecce uir de turba. exclamauit dicens. Ma
gister obsecro te. respice in filium meū quia unicus ē michi.
Et ecce spiritus apphendit illum. & subito clamat. & elidit. &
dissipat eum cum spuma. & uix discedit dilaniens eum. Et
rogaui discipulos tuos ut eicerent illum. & n̄ potuerunt. Re
spondens aut ihe dixit. O generatio infidelis & peuersa. usq; quo
ero apud uos & patiar uos. Adduc huc filium meū. Et cum
accederet. elisit illum demonium & dissipauit. Et increpauit
ihe spiritum immundum. & sanauit puerum & reddidit illū
patri eius. Stupebant autem omnes in magnitudine de

Lcc
M. lxxij. viii.
Lci
M. clxxvi ii.
M. xc iii.

Omnibusq; mirantibus in omnib; quę faciebat. dixit ad discipu
los suos. Ponite uos in cordib; uestris. sermones istos. Filius enim homi
nis futurum ē ut tradatur in manus hominum. At illi igno
rabant uerbum istud. & erat uelatum ante eos. ut non sentirent
illud. & timebant interrogare eum de hoc uerbo.

Lcii.
M. clxxvii. ii.
M. xc v.

In trauit autem cogitatio in eos. quis eorum maior esset. At ihe
uidens cogitationes cordis illorum. adphendens puerum sta
uit illum secus se. & ait illis. Quicumq; susceperit puerum
